¶ Expedita quarta intẽtione siue canone sequit͂ quinta intentio q̃ est animũ dilatare cor et cõplent͂ hec due debito regimine sex rer nõ naturaliũ. Primo eligendo aerẽ nõ frigidũ qm̃ premit eũ et ipsius soluit virtutem q̃rta p̃mi.ca.vij. ¶ Uitet etiã calidum aerẽ qui laxat ei⁹ virtutẽ: sit ergo parũ declinans ad calidũ vt colligere possumus q̃rta p̃mi.ca.j.ꝛ.vij.vbi esset voluntas iuxta intentionẽ tertiã trahendi materiã ad exteriora siue sudorẽ. Mediet etiã inter caliditates passiuas parũꝗ declinando ad siccũ. Et sit aer et bene redolẽtib⁹ rectificatus frigidis et stipticis dũ nõ instat tertia intentio aut calidis ipsa instante et non valde stipticis licꝫ redolentibus que ex prehabitis colligere potes de cibo et potu est vt ex Mesue et partim ex intentione scda. ¶ Itẽ de innanitiõe et repletiõe. ¶ Itẽ de motu ꝛ quiete. ¶ Itẽ de sõno et vigilia. ¶ Itẽ de accidẽtib⁹ aĩe et cõmuniter in fluxu circa nociturũ agitãdo humores et debilitando virtutẽ. ¶ Expedito quĩto canone siue intentione ad sextũ siue sextã intentionem constringẽdi materiam et stupefaciendi mẽbrorũ sensũ circa quam intentionẽ que narcoticis completur vt frigidis plura videnda sunt. ¶ Primo an in principio superfluitatũ fluxus ꝯueniat. ¶ Secundo narcoticorum correctiua applicanda sunt. ¶ Tertio videndum est an secure ista applicare possum⁹. ¶ Quarto an nocte vel die exhibenda sint. ¶ Quinto an cibo existẽte in stomacho. ¶ Sexto an in corporibus plenis humoribus. ¶ Septimo an corporibus impuris et cacochimis. ¶ Octauo an dieb⁹ continuis vel interpollatis. ¶ Nono an membrorum spiritualium operationibus noceant. ¶ Decimo an sit eorum magna aut parua quantitas exhibenda. ¶ Undecimo an tempore morborum aut accidentium sint exhibenda narcotica. ¶ Duodecimo in qua substantia exhibenda sint an liquida an constante. ¶ Decimotertio an interius aut exterius applicanda et si interius an referat applicare per os aut per inferius, et si per infe-

rius an per clistere vel per licinium. ¶Decimo quarto videndum an stupefactiua pura applicanda sint an refracta vel composita. ¶Decimoquinto describenda et nominanda sunt. ¶Primo respondendum pposito q non a principio competunt dicente Mesue loco iam dicto componunt autem rem magni erroris a principio huius curationis cum narcoticis: est enim cum eis curatio mendosa propterea q ingrossant et congelãt materias et fit retentio flegmatis et redditur fluxus q rumpitur post tempus non extensum dici disruptam et quemadmodum fieret prius immo sic egurgitans cum vestigijs congelationis et mortis. Uerum curatio est abscisio cause efficientis siue facientis et coadunatio et confortatio membrorum et virtutum eorũ sicut iam diximus. Et ista ratio Mesue licz videatur appropriari flegmatico fluxui solum: tamen pro quolibet humore adduci potest pro quanto retinetur materia que in processu est maioris fluxus vt est causa congelationis et mortificationis non ergo replicando complexionem conuenit dare in principio narcoticum vbi materia sit multa et in fluxu vbi vo in corpore iam inanito aut ante euacuato. Daretur medicina superfluens non in principio dare narcoticum non conuenientib9 alijs aut in casu desperato vbi esset valde vehemens prostractio virtutis aut vehementissima instantia vigiliarum. ¶Ad secundũ primitus explicanda sunt nocumenta que ex narcoticis contingere possunt ex quibus debemus adhibere remedia. ¶Nocumenta autem eorum sunt quia opponuntur rei vite scz calori naturali et ĩnato siue spiritui. Nã sunt ꝯgelatiua mortificatiũ ꝛ stupefactiua. Corrigunt ergo p opposita vt p resolutiua calida que prohibent ingrossationem infrigidationem et congelationem et per consequens auferunt: sicut miscere castoreum piper et crocum. vt tangit Mesue et de castoreo ꝛ croco tangit Auicenna. xvj. iij. tractatu primo, capitulo, vltimo, de cura fluxus ventris ab

solute. Castoreū tamen et piper magis faciunt ad re-
soluendum supple et subtiliandum et prohibendum cō
gelationem. Crocus autem maturat et sedat virtutem
narcoticorum. ¶ Scōo docet Mes. miscere narcotica
confortantia et temperantia spiritus sicut miscemus
cordialia stomatica sicut proprie spica et deronici et
zeduaria. et similia. ¶ Tertio docet Mesue subsisten-
tia siue detinentia reumaticas materias agitabiles et
fluentes de parte in partem sicut miscemus olibanū
siue thus sandaracam et similia et cordialia stomatica
calida incisiua. vt muscum cynamomum gariofili ma-
cis. ¶ Ad tertium apparet ꝙ non sunt sine timore
applicanda causa apparet ex dictis Auicenne in nar-
coticis est timor. et Mesue canone dicto verum est si
excusare potes non appropinquare melius est. ¶ Ad
quartum respondetur ex Mesue ꝙ melior horarum est
in sero ante somnum quoniam inducunt somnum. Sō
nus vero sedat agitationes. quidam tamen dicunt vt
Mes. tangit in mane quoniā non assunt vigilie scꝫ no
cturne propter quas oportet dare in nocte. ¶ Ad quin-
tum respondeatur ꝙ non sunt danda cibo existente in
stomacho ne corrumperent cibum et cum cibo vaporēt
ad caput. aut etiam cum eodem transeant ad membra
Ideo dicebat Auicenna quarta primi. proprie cum ip-
sa facta fuerit fames et hoc capitulo. xiij. ¶ Ad sex-
tum patet per habita ꝙ non sunt danda corporibus ne
congelent materias et eorum expulsiones impediant
et ita ne materie multe existentes supprimant virtu-
tem ita congeste. ¶ Ad septimum dicitur ꝙ non conue
niunt corporibus impuris vehementi impuritate dic-
tum patet sed conueniunt mundificato corpore fortis
tamen caloris naturalis ⁊ in quo non appareant signa
frigoris extremorum et debilitates in pulsu dicente
Auicenna. xvj. iij. tractatu primo. capitulo vltimo. Nō
exhibeatur ei cuius infrigidatū corpus et debilitatur
virtus et appareat illud in pulsu. ¶ Ad octauum dici-

nuis q̄ interpollatim quantomagis possumus exhiberi debent et non continue. Ideo vt dixit Mesue interueniat inter tempus et tempus exhibitio rerum confortantium et cordialium stomaticarum et vt interpellando dies plures si possumus aut diem scd̄m tenorem virtutis et imminentem necessitatem. ¶ Ad nonum respō detur narcoticum esse nociuum membris requirentibus substantiam spirituosam multam subtilem et claram. Unde valde nocet oculis et sensibus interiorib⁹ et exterioribus et nocet etiam multum membris generationis multum spiritum requirentibus et stomacho. ¶ Ad decimum respondetur ipsa esse danda in quantitate pauciori quantum possumus limitata tamen quātitas cōmunis apparebit positis descriptionibus per auctores que tamen varianda est scd̄m medici coniecturā respectu virtutꝫ ⁊ īminētis necessitatis. ¶ Ad .xi. alio pari tuti⁹ ē exhibere añ aduētū accidētis aut morbi. nā tūc virt⁹ ē fortior et ꝓhibet ei⁹ lesio p aduentū insult⁹. ¶ Itē instāte dolore vehemētissimo aut in colica dicente Mesue ex dictis Galieni super .xij. terrapentice in colica quidem vehementi quoniā maior ē necessitas in cura mēdosa que est stupefactio ⁊ proprie apud fortem cōmotionem doloris eius q̄ in cura vera ne virtus cadat et rosoluatur. Et ita intellige alium fortissimum dolorem. ¶ Ad duodecimum respondetur q̄ potius in substantia liquida debent applicari licꝫ enim citius operatur in substantia permanenti fortiore perseuerantia perducunt operationem suam. ¶ Ad decimūtertiū rn̄det q̄ tutius est ꝓ corpore toto applicare exteri⁹ q̄ interius lꝫ alicui mēbro vt ocl'o exteri⁹ applicata īmediate foret min⁹ malū q̄ applicare int⁹ cōi mō ¶ Itē periculosius est applicare p superius q̄ p inferi⁹ lꝫ etiā sit piculosū applicare p inferi⁹ vt apparebit. Itē meli⁹ est applicare p ēplastra q̄ p interius vt est tactū. ¶ Item minus malum est applicarare in licinio q̄ in suppositorio, ⁊ in suppositorio q̄ in clisteri lꝫ in licinio

nocere posset dicente Auicenna.xvj.iij.capitulo allega
to. Et iam nos testificati sumus hoc nos vidisse qui sup
posuit sibi collirium ex opio et mortuus est. Ad decimū
quartū respondet ex prehabitis q tutius est exhibere
ipsa composita et refracta vt apparet ex dictis. ¶ Ad
vltimum respondet cōmunia fore que describit Me-
sue loco iam dicto ex Auicenna allegato capitulo. ex ea
que sunt notabilia explicabo. et primo Mesue cui⁹ lit-
tera habet ita. et est in pncipio assumendorū trociscoꝝ
pro primo medicamen quod describit yerosolita fortis
stipticitatis conferens ad fluxus medicinales ꝛ alios
fluxus ventris bonū et expertum. ℞. olei cōmunis.ʒ.j.
coaguli leporis.ʒ.ij.opij.ʒ.ß. gallarum.ʒ.iij. fiāt ex eis
contritis trocisci cum sirupo papaueris quorum quili-
bet sit.ʒ.ß. Et sit eius dosis a.℈.ß.vsq ad.ʒ.ß. ¶ Secū-
da descriptio trociscorum est ista. Confectio trocisco-
rum quos composuimus nos ad superabundantem flu
xum catarri et colericam passionem et alios fluxus vē
tris confortantis animā constringentem vomitum cū
significationib⁹ frigiditatis et faciūt somnū. ℞. thur
ciperi minuti ameos galle musca. croci gūmi ara. ba-
laustie camegith et fruct⁹ tamarasci corticis granato-
rū mirre spice ana.ʒ.ij.iusquiami opij ana ʒ.j.ß.fac tro
ciscos cum miua citoniorū quorum quilibet sit aur.j.ꝛ
sit dosis eorum trociscus.j.sm Mesue credo dosim es-
se a.℈.j.vsq ad.ʒ.j. ¶ Sequitur alia descriptio trocis-
corum sm Mesue cuius littera habet ita. ¶ Confectio
alia trociscoꝝ ex inuentione nr̄a ad oēm fluxū ventris
et vomitū cū significationib⁹ caliditatis. ℞. spodij.se.
rof.acacie ypoqstidos sanguis draco.gall'. croci an̄.ʒ.
ij.boli ar.ʒ.j.ß.opij iusqami an̄.ʒ.j. fac trociscos.ʒ.ß.ꝛ
sit dosis sm Mesue trocisci.j.cū aq rof.ʒ.ij.aut cū mi-
ua vel similibus: dosis tamē sit a.℈.j.vsq ad.ʒ.ij. Per
hos trociscos intelligere potes trociscos de carabe. de
scriptione Mesue quorū dosis est.ʒ.j.cum aliq dictoꝝ
rob. ¶ Ad istā intentionē ordinat Mesue huiusmodi

pill'.sub his verbis.Cōfectio pillularum filij setal bona ad fluxum ventris et reumatismos viscerum. ℞.bdellij sandarace opij thuris minuti mirre croci anā.ʒ.j.fiant pillule sicut cicer cum miua vel sirupo mirtino et dentur tres vel.v.potes tamen dosare a.℈.ß.vsqꝫ ad.j.Et Auicenna tamen.xvj.iij.aliqua stupefacientia licꝫ nō ita domestica comprehendere possumus loco allegato capitulo vltimo.tractatu.j.Et primo tangit quoddam emplastrum siue linimentum.℞. opij. iusquiami ana. parte.j.quia exempli gratia. ʒ.ß. copularum glandium balaustiarum acacie thuris mirre ana.partes.v.misce cum succo iusquiami albi:aut cum succo corticis papaueris:aut decoctione eorum et liniatur venter ex eo. vel potes facere linimēta ex trocisc℥.descriptione Mesue dissoluādo in succo aut decoctione papaueris aut de mandragora.Descriptio trociscorū ꝭm Mesue ibidem.est ex narcoticis fortis stipticitatis qđ dictū referri pōt ad linimentū positū.et est.℞.coaguli leporis danich.ij.et est pōdus.v.granorum ordei vel.ij.chirath opij tantūdē gall'.ʒ.ß.thuris.ʒ.viij.et hijs puluerizatis fiant trocisci cū sirupo papaueris. Et sit dosis scđm Auicennā.ʒ.j.aut melius a.℈.ß. vsqꝫ ad.ʒ.j. ¶ Secundum ita describit ℞.gallarum īmaturarum partē.j.qr exempli gratia.ʒ.ij.thuris opij ana.partē.ß.credo melius ꝙ sit ʒ.j.fiant trocisci modo dicto. aut fiat puluis solus ꝙ sit dosis ꝭm Auicen.ʒ.j.et est melius a.℈.j.vsqꝫ ad.ʒ.j. ¶ Tertiuꝫ tale tangit ℞. se. iusquiami albi opij papaueris:spodij balaust℥.thuris anā ptes equales.qr anā.ʒ.j fac trociscos si vis vel da puluerē cum sirupo papaueris et dosa vt dictum est. Et valet hoc in fluxu cum signis vehementis caloris. ¶ Quartū conueniens fluxui cū signis frigoris.℞.opij sandarace:thuris minuti mirre croci ana.ʒ.j.fiant pillule sicut cicer cum sirupo: aut succo.Et dentur pillule.ij.vel sufficit vna. ¶ Quintum ponit Auicenna ꝙ dicit magis conueniens fluxui cum signis frigoris ℞.Castorei opij sandarace liqde semi-

nis iusquiami albi.mirre azari thuris ameos ana.ʒ.j.
conficiant cū melle spumato. Et sit dosis sm Auicen
na sicut nabach q̄ sm Symonem est fructus de seni do
semus ergo a .ʒ.ß. vsq̄ ad.ʒ.j. ¶ Sextum tangit cuius
descriptio ℞.merdasengi quartā.ʒ.j.coaguli leporis.ʒ
viij.ossa de corde corui adusti gallar ana.ʒ.j. opij da
nich.j.pulueriza et sit dosis a.℈.ß.vsq̄ ad.ʒ.ß.cum mirra
citoniorū.¶ Septimo ponit quosdam trociscos quorū
descriptio.℞.acacie gallarū opij gūmi ara.ana. partē
j.fiant trocisci mō dicto.dosa a.℈.ß.vsq̄ ad.ʒ. ß .Et cō
petunt fluxui cum signis caloris. ¶ Octauum tangit
aliud bibendū magis cū signis frigoris cui⁹ descriptio
℞.ameos se.apij corticis granator acetosorum gallie
sauine se.iuniperi cuius folia aliqual'r assimilāt folijs
sauine ana ptes equales q̄z ℈.iiij.opij.℈.ij. terāt sicut
alcohol. Et sit dosis eius cū vino citonior vel alio si
mili stiptico a.ʒ.j.vsq̄ ad aur.¶ Vel melius a.℈.ß.vsq̄
ad.ʒ.ß.Et dixit esse dandum tm̄ in mane aut tm̄ de sero
q̄z sufficit q̄ semel in die det . Ponit dosim pueror ab
vno danich vsq̄ ad.ij.melius tamē est a grana.ij . vsq̄
ad.iiij.Et Auic.dicit hoc narcoticū datū ad bibendum
cōstringit in duob⁹ diebus. ¶ Itē ad hanc intētionem
cōuenit filōniū descriptione Mes.in antidotario scd̄a
descriptione et cuenit sm p̄mā intētionē fluxui magis
cū signis frigoris.Et dosat sm p̄mā descriptionē vt det
q̄uātū ē cicer vel faba pua cū vino citoniorū.Dosa sm
desc̄ptionē a.ʒ.j.vsq̄ ad aur.j .¶ Itē cuenit athanasia
magna etiā cū signis frigoris et dosat ab aur.ß.vsq̄ ad
j.cū vino dulci suaui et cū rob de succo endiuie et apij.



¶ Capitulum de fluxu proueniente ex
inanitione.

Expedito regie fluxus vētris ppt medi
cinas trāseo ad spāles fluxus. Et p̄mo
cū fluxus capiat denoīationē a mēbris
p quor defectū imediate causāt.vt q̄dā
eor dicāt stomachus.quidā cerebralis

quidā epatic⁹ ꝛc. Et capiunt fluxus diuersitatē ex cibarijs et aere cōtinēte. ¶ Primo tāgam remedia fluxus disticta rōne mēbroꝝ ꝛ pmo stomachi et spāliter leniētis et lubricitātis stōachū de qb⁹ spāle cplm facit Aui. xiij.iij.tractatu.v.ꝛ supponit Ras. et suppositis causis et signis supposito etiā ꝙ oīs īmoderata discrasia cuiuscūqꝫ possit deijcere actū virtutis.ex.ij.āphorismoꝝ.ij.cōmento. Quibuscūqꝫ iuuenibus existentibus cōueniunt linitiuū ꝛlubricatiuū stomachi siue lienteriā aut fluxū cibalē siue cuiuslibet denominatōis specifice male cōplexionis cū materia vel sine materia cōsequi posse dicente Auic.xiij.iij.tractatu.ij. caplo de debilitate stomachi. Et vnaquaqꝫ ipsaꝝ virtutuꝫ debilitat ppter oīm maliciam cōplexionis et retentiua a caliditate intensa siue materia cōseruetur per declinantia ad frig⁹ vt sumitur capitulo nunc allegato. ¶ Raro tñ vt tangit Auicenna.xiij.iij.tractatu quīto.et capitulo de lenitate stomachi ꝛ eēt cā sistentis nature ppter caliditatem īmaterialem non laxare stomachum nisi sub gradu intenso huius humiditatis cuius est magis laxare. Si ergo sit mala cōplexio calida sine materia si sit ppter colligantiā epatꝫ aut mēbro aut vicino alio stomacho tūc si caliditas est fiens gñalis est vna intētio scꝫ rectificatio mēbri calorē cōicantis stomacho que pertinet pprio regimini illius mēbri. ¶ Secūda intētio est alteratio stomachi cū infrigidātib⁹ intensiorib⁹ aut remissioribus fm ꝙ exigit dispositio habēdo tamē semp mēti vehemēter frigida actu corpi saltē insolito non esset tribuenda vt.xiij.iij.tractatu primo de canonibus vniuersalibus egritudinū stomachi dū dicit. Et oportet vt nō cōferas in curationib⁹ stomachi aut caliditati eius aliqd vehemētis frigiditatis sicut est aq̄ vehemētis frigoris ꝛ ppe ī eo q̄ nō ꝯsuet⁹ ē eā bibere. Et sint etiā frigida bōi odorꝫ aliq̄lr stiptica aut aq̄ ros.ꝛ succi reꝝ frigidaꝝ de qb⁹ dictū ē. Itē epithiata et inunctiones ītelligāt ex dictis sup ca. de vomitu calido post euomitionē

¶ Item collige per te regimen sex rerum nō naturaliū qđ regimen ex p̄habitis collige. Regimē vero male cōplexionis cuȝ materia colerica multiplicem babet intētionem. Nā si materia colerica cōmittat stomacho aliūde prima intētio est ducere materiā siue diuertere vt ex p̄habitis pōt: et rectificare membrū mandans. ¶ Scđa intentio est euacuare materiā infusā vomitu vt tactū est solutione ventris q̄ etiam tangebat in regie vomitus calidi. ¶ Tertia intentio est post euacuationem rectificatio et cōfortatio stomachi. ¶ Primā intentionē vt est tactum complet ligatio extremitatum fricatio et euacuatio ab epate vel ab alia parte cōpletur. ¶ Secunda intentio cōpletur per preparātia materiam et euacuantia ipsam vt est tactum de vomitu colerico. ¶ Tertia vero cōpletur per regimē sex rerū nō naturaliū et per administrationē rerum medicinalium. Et ita tertiam intentionem perficit regimen male cōplexionis in materialis calide fiendis seu factis. Pro primo patet satȝ regimē esse debere aerē frigidū semper ne frigida frigiditate aeris conferendo stomacho calido nocent magis cerebro vel alijs membris. Et si aer non habetur frigidus constitutione anni siue tempore paretur artificialiter vt habitū est pluries de regimine febrium acutarū. ¶ Quantū ad scđm eligant cibi infrigidantes vt coriandrū cui⁹ est infrigidare et retinere cibū in stomacho. Itē p̄sica non vehemēter aquosa et nominat p̄sica citonia nō multū apta ad ebulliendū. Item pira. Item citonia. Item cornua. et similes fructus infrigidantes et aliqualr̄ humectātes substantiā stomachi. Itē ex oleribus conueniūt endiuia lactuca et acetosella que sola cōuenit. lactuca vero et endiuia magis cōueniunt cū aceto. ¶ Item cōuenit cucurbita cocta in decoctione agreste vel aqua imponantur agreste integre ad bulliendū ¶ Item ex granis conueniunt lentes et panicū. milium parando lentes cum aceto. Item conuenit panis minime salitus et panis minime habens furfuris. ¶ Item

virtute existente forti ad digerendū cōuenit ad epar in flammatū vnde cōuenirēt oua cocta in aceto nec intelligas cocta in aceto cū corticib⁹ vt est mos cōis sed remoto cortice elixent in aceto vel agresta vel succo granatoꝝ aut similiū. vel ꝑmo frangant cortices deinde infundant cruda ad acetū vel agrestā ⁊ permittant ibi stare per horā et post iterato fundat agresta vel acetū desup aut vinū granatoꝝ ⁊c. ¶ Itē cōueniūt pisces recentes cōditi in agresta vel aceto vel simili. ¶ Itē ex carnibus cōueniunt digestiua existente forti vitulorū lactantium aut edorū aut capriolorū aut leporū aut ex bipedibus pulloꝝ aut perdicū aut aliaꝝ montanaꝝ in rub degentibus aut alaudaꝝ. Itē iterū siue fincedule et possunt condiri hee carnes cum aceto et agresta. vnde in isto casu conuenirent gelatine facte cuꝫ aceto aut agresta aut succo granatorum. Item auicule condite cū mirto et aceto vt turdi vel merulle vel minutiores aues.
¶ Itē cōuenirēt ventres pullorū a ut minutarū auiū infusi aceto post debitā elixationē. Itē quāuis nō sit domesticū lac acetosū a quo extractū est butirū. ¶ Ex potibus ꝟo cōueniret vinū rubeū aliqual'r stipticū et valde pauciferū siue aquosū. Itē cōueniunt potus frigidi ex succis acetosis de qͣbus dictū est siue rob eorū. ¶ Item miua citoniorū sine speciebus. ¶ Ex medicinalibus ꝟo ꝑmo via potus vt tactū est aliqual'r cōueniūt sirupi illorum acetosorū aut istorū rob. Itē sirupus rob. Itē sirup⁹ de papauere aut rob eius. ¶ Exterius ꝟo applicāda vide ex dictis de regīe colerici vomit⁹ in applicādo tamē frigida tene mēti canone Auic. xiij. iij. tractatu ꝑmo de cura male complexionis calide cū dicit. Cū emplastras stomachū caue tunc ne velamen infrigidetur aut epar tali infrigidatione: qua eorum operationes naturales noceantur. Multotiens enim accidit nocumentuꝫ in anhelitu et frigus in epate. ꝙ si perceperis aliquod horum tunc succurre ei cū oleo calefacto et fuso super locum supple vt oleo de absinthio aut de mastice aut de

spica ⁊ emplastra ipsuȝ sup locū infrigidatū ex eo oleo ⁊ pone loco emplastri scȝ infrigidatiui ea que bibuntur scȝ frigida minus ledētia frigore vt supra dictū est abi liora emplastra. ¶ Si vo mala cōplexio frigida stoma chi fuerit causa lubricitatis multiplicem etiaȝ habeas intentionē fm distinctionē male cōplexionis. Nā si est sine materia pendens tamen et fiens a causa primiti/ ua duplicem habet intentionem. ¶ Primā remotionē cause. ¶ Secundā alterationem stomachi cum calidis aromaticis ⁊ sit aliqualiter ad stipticum declinantibus que patebunt sequenti regimine. ¶ Si vo pendeat ab aliquo vicinante mēbro cōmunicante stomacho simpli cem infrigidationē modo loquendi Galieni.j.de diffe/ rentijs febriū. tunc similiter duplex habetur intentio. Una ad rectificandū membrū cōmittens alterationē. Alia vt est tactum ad alterandum et confortandum sto machum. ¶ Si vo sit mala complexio frigida stomachi tunc cura est difficilis. si tamen membra circunstantia fuerint frigida a quorum frigiditate licȝ non pendeat virtus stomachi: tamen ab eodem noceatur: vt sine remotione frigiditatis circunstantium stomachi fri/ giditas remoueri possit rectificentur circunstantia de inde confortetur stomachus ⁊ regatur per debitam ad ministrationem rerum non naturalium. vt eligatur aer temperate calidior ex natura vel artificio: vt calefaci/ endo camerā cū igne aut stupha aut etiā faciendo eua porationes siue fumos notos ex rebus notis vt ex ligno aloes aut thure aut mastice aut sandaraca vel iunipe/ ro vel simili ex cibis calidis saltem condimēto aroma/ ticoruȝ vt cinami vel ȝinȝiberis aut gariof. vel macis vel magis vel minus calidior fm ꝙ dispositio exigit ¶ Item potus sit vinū aromaticum. Item exercitiū cō/ uenit. Item calefactio extremorum ⁊ dicta ab Auicen/ na .xiij.iij. tractatu primo in cura male complexionis frigide. Et scias ꝙ calefactio extremorum perducit ad calefactionem stomachi ex primo. Iteȝ temperata vi

gilia ⁊ euitatio somni diurni ⁊ immediate post cibum. Item vitatio repletionis ⁊ expulsio superfluitatū. Itē apertio solitarum euacuationum vt emorroydarum et menstruorum ⁊ fluxus sanguinis narium. ¶ Ex accidētibus anime vitentur timores: tristicia. gaudiuȝ conuenit ⁊ moderata ira: vitetur superfluus coitus: tamen in potentibus coire moderate. ¶ Item ex medicinalibus conuenit zinziber conditum aut gariofil'. aut cinamomum. Item muscus ameos alleum potissimum rusticanis. est enim tiriaca rusticorum. xij. Terrapentice. et capitulo. vij. cuius principium: redeamus ergo isto paragrapho. Quidam vo in experientia habent. Item anisum feniculus ciminum ⁊ galanga. ¶ Item ex confectionibus electuarium de gemmis descriptione Mesue. Item confectio de ligno aloes. Item de costo dulci et amaro. Item conuenit tiriaca magna. vt. ʒ. j. cum ℥. j. vini aromatici acuti vt maluatici vel similis. ¶ Itē aquam ardens siue vite quam potes etiam facere calidiorem ſm vini acutioris sublimationem ⁊ ſm commixtionem piperis vel alliorum quorumlibet calidorum cum vino sublimando. ¶ Item extrinsecum vt portatione plumaceoli ex penna molli et subtili animalis pluribus veteri vt domine auce aut pertacta portatione cimature scarleti invino maluatico infuse ⁊ postea exiccate isto modo. ℞. cinami gariofilorum ana. ʒ. iij. masticis corticis thuris ana. ʒ. j. ß. bulliant in duobus ciatis vini maluatici ad consumptionem quarte partis. deinde infundatur dicta cimatura in dicta decoctione et exiccetur et super stomacho teneatur. Aut fiat epithima cum spongia vel filtro vel ista cimatura et apponatur stomacho. Similiter potes facere inunctiones ex oleo masticino aut de spica aut absinthio aut de cinamomo de quibus omnibus dictum est. ¶ Similiter cerota potes facere ex p̄dictis reb⁹ ⁊ oleis que p habita videre potes. ¶ Silr appō vētosaꝝ sup stōacho ꝯfert.

¶ Item lotio et cõfricatio extremitatũ. Itẽ lotio cruriũ et pedũ cũ aqua camomille aut decoctione andachoce aut corticũ allei. ¶ Itẽ conuenit tenere puerũ vel puellã .xv. annorũ super stomachũ semp annihilata vitiorũ annetione. Itẽ cõuenit tenere canẽ sup stomachũ aut tenere volã man⁹. ¶ Si fuerit vero mala cõplexio frigida pẽdẽs a materia: vel ergo materia est in fluxu et tũc regat̃ fluxus regendo mẽbra mandãtia: aut si fuerit totũ corpus mandãs plene euacuetur: deinde ponant̃ stiptica in partib⁹ intermediis vbi fuerit flux⁹ materierũ a principalibus mẽbris potissimũ facientib⁹ ad conseruandũ indiuiduũ et speciẽ: tunc enĩ nõ sunt materie repellende versus pncipalia sed euacuande sunt a stomacho: aut euacuande sunt p emunctoria pncipaliũ: siue p ductus aut vias expulsionũ pncipalibus deputatarũ. ¶ Materiã vero frigidã effusã stõacho si natãs fuerit vt est tactũ euacua vomitu. Et per hoc vide ĩ regimine vomitus. Docet tamen Auicẽna .xiii. iii. vomitum leuẽ tactũ ex oximelle et aqua rafani aut aqua mellis aut aqua ordei et oximelle calido: quia tepido aut calido potẽtia: quia sit oximel squille aut oximel aromaticũ cũ subtiliãtib⁹ et exiccãtibus p̃habitis: vt spica etc. ¶ Si vero humores magis in fundo stomachi natarẽt siue grauitarent tunc per fluxũ ventris educere potes et leue solutiuũ poterit esse yera dando a. ʒ. iii. vsq ad. v. aut dando. ʒ. i. pillularũ de yera cõfortãs cũ agarico. Et si humor effusus fuerit aquosus vomit⁹ silr cõfert exiccãtia interiora vel exteriora et inũctiones et cerota colligẽdo ex p̃habitis et vomitũ et pillulas dictas. ¶ Si vero fuerit matia viscosa cõueniũt ĩcidẽtia vt oximel simplex et oximel sqlle sm modũ tactũ. ¶ Si vero materia frigida esset ĩ stomacho cõgesta eodẽ modo preparet̃ et euacuetur vt tactũ est. ¶ Deinde transeat̃ ad exhibitionẽ tiriace aut metridati aut aromaticorũ simpliciũ calidorũ de quib⁹ dictũ est. ¶ Itẽ cõueniũt cõposita et electuaria tacta in cura male complexionis frigide sine materia. ¶ Itẽ inunctiões et alia

exteriora enumerata. ¶ Si vero in stomacho fuerit mala cōplexio humida causans lenitatē stomachi ꝛ stomachū fluxū tunc qꝛ cōiter ista pendent a materia: vel hec materia est effusa: vel in fluxu a mēbris aut a toto corpore. Et seruet canon q̄ dictus est de euacuando totū corpus aut determinata mēbra. Et canon diuersionum ad loca viliora ꝛ ꝓhibitionis transitꝰ materierū ad stomachū. ¶ Itē postea vt est tactū si materia supnatat et magis os stomachi petat vomitu educatur vt est tactū aut solutione ventris p̄dicta. Aut si fuerit inepta educi viscositatē ꝛ grossiciē aut subtilitatē preparet modis dictis. Deinde pellat et regat rebus scꝫ nō naturalibꝰ sex ad siccitatē declinantibꝰ vt aere sicciori ampliori motu fricationibus ꝛc̄. Et cibus naturalr̄ siccus vel artificio vt assatura carniū aut frituras carniū et oēs pisces et vtat carnibus sicciorībꝰ vt perdicū fasianorū et pipionū ruraliū turture auiū munitarū vt ficedule merule turdi lepor̄ capoli capreti vituli ꝯdimētis eorū ad siccitatē declinātibus vtat: etiā si voluerit comedere ius similr̄ auiū siccarū: vt pullorū colūbe et nō corpora pullorum quorūcunqꝫ saltē in vsu frequēti. Corpora eni pullorū et colūbarū sunt tarde digestionis et lōge more in stomacho. xiij. iij. tractatu p̄mo. de cura male cōplexionis stomachi cū matia. Silr̄ cōuenit ius puarū auium maxime conditū cū aromatibus sicc̄ et aqua ferrata. Unde Auic̄. xiij. iij. tract. ꝛ ca. de p̄dictis. Et aq̄ ferraрij molaris ꝛ in qua extinguit ferrū multotiēs est iuuatiua humoris stomatici. vn̄ extingat ferrū q̄ter vel quīquies et vel calibs et maxime aq̄ distillationis arene. ¶ Digerētia vero si humor sit grossus hūidus aut viscosꝰ inter cetera sunt incidētia ꝛ subtiliantia. ꝛ maxime cōmendat oximel squilliticū. dicēte Auic̄. xiij. iij. ī tracta. p̄mo. de cura male ꝯplexionis humide et frigide. ¶ Ex medicinis bonis ad oēs egritudines materiales grossas et humidas est sirupus squilliticus. ¶ Ex euacuationibus vero sunt p̄dicta. ¶ Medicine vero rectificantes

humores grossos sūt pillule elephāginee ꝛ aloetice maxime pill'e stomatice ꝛ aloe ī sirupo acetoso cū seminibus anisi cimini ꝛ similibus. Stomaticaꝝ ꝟo elephanginaꝝ descꝑtione vide et habit; in Mesue. Itē ad hoc confert yera posita .xiij. iij. tractatu .j. ca. allegato. yera ad illū q̄ grossius est. ℞. seis apij sex ꝑtes vt .ʒ. extremitatū absinthij anisi feniculi añ. ʒ. iij. piperis al. azari añ. ʒ. j. ß. costi spice keysim siue leuistici. ana ʒ. ij. masticis croci ana. ʒ. j. aloes. ʒ. viij. pulueriȝent ꝛ fiāt trocisci cū sirupo de absinthio loco huius vtere yera Ga. de qua dictū est sup̄. aut pill'e de yera ꝯueniūt ēt aliq̄n yere recipiētes agaricū aut fortiores q̄s vide in antidotario. ¶ Itē ȝinȝiber cōditū. ¶ Itē lȝ non sit vsuale ī ꝓposito: acorus cōditus. Itē anisū cū ȝuccharo cōditū. Itē feniculus. Itē cynamomū. Itē gallāga: ꝛ q̄ ꝑ habita cōcipiant. ¶ Si ꝟo fluxus stomatichal' esset materia cōgesta ī stōacho euacua illā vomitu vel sol'one vētris vel digere ip̄az modis p̄habitis. Sil'r si maīia. fuerit flegma acetosū digerat ꝛ euacuet vt est tactū. Cōmendat tamē Auic. in isto casu: dyacalamētū qd̄ vide etiā ī Mesue. ¶ Itē cōuenit diacinamomū. Itē si flegma foret frigidum cōuenit dyatriō pipereō qd̄ etiā locis suis est vidēdū. Itē cōueniūt digestiua ꝛ euacuatiua vt est tactū. habe tamē mēti pillulas stomatichas discriptione Mes. et si maīia colerica fuerit effusa stōacho rege etiā vt dictū est in regie vomitus ꝑ interiora ꝛ exteriora vt dictū est ibidē. ¶ Et si humor esset cōmixt⁹ vtere etiā regie cōposito iuxta canonē in diuersis locis sumptū. Et si fuerit iste fluxus stomatichal' ex debilitate retētiue ꝛ raritate texture curet cū reb⁹ stipticis iuuātib⁹ siue aggregantibus substātiā stomachi vñ cōueniūt sirupi stiptici mine ꝛ sil'ia q̄ tacta sunt ī regie vomit⁹ colerici. Aut frigida vt exigit dispositio. ꝛ ita etiā dicat de exterius applicandis. ¶ Si ꝟo causet stomatical' fluxus ꝓpt̄ vlcera stomachi tūc mūdificent ꝛ curent vlcera. Deinde transeatur ad confortandū stomachū. ¶ Si ꝟo causa

fluxus stomachi fuerit ppter reliquas medicine tūc fiat vt dictū est in regie fluxus supfluentis ppter farmachū. Si vero fuerit stomaticaľ fluxus ppter catarrū descēdētē a cerebro tūc attendatur capiti ex regie catarri posito. v.iij. ¶ Si vero fluxus sit causat⁹ ppter cibos tūc nō restringatur donec sint euacuati nisi valde debilitaretur virtus. Et si cōtigerit ppter cibū multū causatū esse fluxū tūc expectetur eius eductio siue separatio a stomacho et membris qđ cōprehēdere poterim⁹ p famē et tūc administrētur vnctiones et stiptice cōfortatiue stomachi vt oleū mastićis et cibi facilis digestionis aliqualiter ad stipticū declinantes in quātitate paucaᵽ permittatur panis aliqualiter tostus vel assus infusus vino aromatico aliqualiter potenti de quo dictū est. Et sit etiā pot⁹ paruus. Si vero cib⁹ fuerit de se soluēs sic reubarbaᵽ rege istū fluxū regimie flux⁹ facti p medicinā. ¶ Siľiter si assumpsisset mercurialē aut ozoleū aut robellia non correcta cubelliā nō correctaᵹ idem fac. ¶ Si vero contigerit propter cibos aquosos ledentes stomachum et intestina et propter comestionē cucurbite vel similis vt lactuce cerosorum vuarum et mororum maturorum et grisolimorum et similium frigidorum et humidoᵽ tunc quere eductionem horum lauando et mundificando stomachum cū medicinis dictis in regimine fluxus propter medicinas. ¶ Conuenit etiam brodium pulli cum cinamomo et gariofi. et similibus. Et cibi breuis digestionis vt pulli parui de quibus dictū est conditi cū succis stipticis et cum cinamomo etc. ¶ Et pmo premittatur panis tostus vel assus infusus aromatico et pontico vino. ¶ Itē stomacho fiant inunctiones et alia q̄ dicta sunt in regimine stomachi frigidi et humidi. ¶ Si vero contingeret fluxus propter cibos viscosos sicut est portulaca aut aliud tunc petatur istorum eductio cū vomitu aut clesteri abstergēte et cōueniētis pot⁹ etc. Itē pull⁹ cōdit⁹ cū cinamomo ppe aut cū aliquo alio aromatico qđ habeat virtutē incisiuā aromaticā et stipticā vt est cinamomū aut gar.

¶ Si vero contingeret propter cibū tarde digestionis qui ventosatur: tunc deponatur etiam cibus et exhibeantur carminatiua vētositatis: sicut anisum feniculū carui ameos galanga et siliq̄a. Itē conueniūt aromatica p̄dicta. Item inunctiones exteriorum calide q̄s ex p̄habitis vide. ¶ Itē lotiones pedū in aqua camomille cū fricatiōe. ¶ Si vero causa fluxus fuerit inordinata assumptio cibi vt cibus tarde digestionis tūc petatur eductio vtriusque cibi vomitu et fiat clistere educatiuū fecū. Deinde exhibeatur lauatiuū stomachi aliq̄liter abstergēs vt aqua ordei cum zuccaro ru. quod cōtingit sm plurimū ebullire cibū subtiliorē et in colerā cōuerti. Aut cōuenit brodiū pulli cum zuccharo vt tactū est. Deinde expulsionem cibi vt vigoretur stomachus cū frigidis et stipticis et dentur cibi facilis digestionis et aromatici vt dictū est. ¶ Si vero trāsmutetur cibus ad acetosum petatur siliter eius eductio modis dictis: et sumat brodiū pulli cū aromaticis. Et fiant exteriora remedia declinātia ad calidū et stipticum que non replico vt potētia cappari etc. ¶ Si vero propter paucitatem et subtilitatē pauci cibi vt non bene retineatur et irritetur virtus ad expellendū tunc exhibeatur cibus grossus vt gelatina fincida et sumachia mirtina risum pani cum miliū vinū nigrum et p̄mittantur stiptica. ¶ Ex fructibus aūt conditis vt citoniū conditū aut similia: et etiam fiant cōfortantia stomachū que ex p̄dictis de vomitu colligi possunt et vitētur subtiliantia et calefacientia imo declinet regimen ad aliqualem frigiditatem et ingrossationem etc.

¶ Capitulum de fluxu cerebrali.



Icto de regimine fluxus propter cibos vidēdū est de regīe fluxus cerebralis quia cāti de fluxu potissimū hūiditatū a cerebro ad stomachū et ad itestina dato quod stomacho aut itestinis nō cōtingat lubricitari. Erit ergo istius regimē catarri et primi de expediēdo regimē ad quitā. iij. recur

rendū vt ꝑposito spectat aliq̄ breuia tāgēda sunt. Istud q̄ regimē respicit debitū regimē mādātis. ¶ Scđo regimē viarꝝ stomachi per quas materia mittit̄. ¶ Tertio regimē stomachi ad quē fit missio. ¶ Primū aūt regimē diuidi pōt ī debitā administrationē nō naturaliū rerū et in debitū regimē ꝑ medicinas et medicinalia. Primū qꝛ cōiter a capite fluens est flegma viscosū ideo eligamus aerē declinantē parū ad calidū ꝛ siccū: aut saltē ī actiuis temperatū magis enī calidū aliq̄n dissoluēdo materiā ampliori ponit ī fluxu: frigidū aūt exꝓmēdo caput vt spongiā vt ex aqueo reumate iuxta G. sniam. iij amphorismorꝝ. cōmēto. xiij. Si ꝟo austerini yemis rectificatio ꝟo aeris cōueniēs ꝑposito colligat̄ ex dictis locū etiā vitet subterraneū ꝛ sub testudīe lapidea. ¶ Ad scđm enī cibū venio quē eligat leuis digestionis nō stipticū sꝫ abstergentē poti⁹ vt ptisanā ordei aut panē coctū in brodio pulli. ¶ Ex carnib⁹ ꝯuenirēt edine aut minutarū auiū. Itē oua sorbilia vitet oīa cruda fruct⁹ caseū lac ꝛ silīa. ¶ Ex potib⁹ cōuenit aq̄ zucchari cū modico vino aliqual̄r ru. ¶ Ad tertiū q̄escat motus enī auget fluxū ꝛ ꝓhibet maturationē catarrorꝝ. ¶ Cōueniūt tamē extremorꝝ ꝓpe supiorꝝ fricationes ante cibos. ¶ Ultimo ad q̄rtū sit pauci somni vt horarꝝ. vj. nec dormiat post cibū nisi saltē. ij. horis elapsis dōec dormiat de die dicēte Auic. iij. j. ca. ix. de sō. ꝛ vig. In die ꝗꝫ dormire ē malū: gn̄at enī egtudies hūectātes ꝛ reumatisātes nec dormiat resupin⁹ dicēte Auic. iij. j. c. eodē. Resupin⁹ āt dormire ē malū. Ad malas enī ꝑ̄pat egritudies sic apoplexiā ꝛ frenesiꝫ ꝛ ī cibū qm̄ supfluitates ad posteriora fac̄ decliare: vt. xvj. iij. tractatu. ij. de cura flux⁹ cerebral̄ oportet vt hn̄s nō dormiat sup collū. ¶ Itē dormiat ī altero laterū ꝛ eleuato capite: ꝛ ordinē laterꝫ vide. iij. j. allegato ca. Post sōnū q̄rat īmediate expellere supfluitates qꝛ expuere ꝛ emūdare nares ne repleat̄ multū īmo surgat a mēsa cū reliq̄s famis ꝛ sitis ex canone. iij. j. de regimine ei⁹ qđ cōedit̄ ꝛ bibit̄. ꝛ. v. iij. de cura catarri ꝛ

sitiat et famē patiat᷑ ꝛ vigilet qm̄ sunt initiū cure. ¶ Ad sextū venio vt accidētia aīe: gaudeat ꝛ delectet᷑ nec for tia icurrat accidētia tp̄e vel imediate post. Vitet coitū ¶ Posito regie ñ naturaliū rex ad mag medicialia ve niēdū. Primo igit᷑ si mat̄ia ē multa euacuet᷑ cū pillulis de yera aut cochijs. Nō eni icōuenit vt ē tactū fluxu flu xū curare. Itē miorata mat̄ia digerere potes cū isto di gestio. ℞. sirupi de sticados desc̄ptione Mes. ʒ. j. mel ros. colati. ʒ. j. aq̄ acori. aq̄ zucchari. an̄. ʒ. j. s. misce post sūptionē sirupi. iiij. vel. v. vicib᷒ da p̄dictas pill'as qua rū dos sit a. ʒ. s. vsq̄ ad. ʒ. j. Licz eax i alio casu dos de- beat esse maior. ¶ Vel si leui᷒ digestiuū facere vis loco sirupi de sticados pone aquā. Itē capiti fiat iste saccu- lus. ℞. flox camomille. flox sticados an̄. M. s. maiora ne corticis citri. folliculox sene an̄. ʒ. iij. mac nucis mu scate an̄. ʒ. ij. gar̄ ʒ. j. betonice q̄rtaz. M. j. puluerizent᷑ subtilit̄ ꝛ fac sacculū de pāno lineo aut sindone de gra- na q̄dratū ponat᷑ sup p̄tē p̄orē capitis circa ꝯmissuram coronalē aut si maior icubuerit necessitas rade caput et frica cū pānis asper. Et aliq̄ñ i isto casu cōcedit᷑ cau teriū vt p̄z in. vj. iij. vbi allegatū ē ꝛ p Mesue ꝛ p alios sapiētes loquētes de catarro. ¶ Ulterius deriuāda est mat̄ia ad nares cū caputpurgijs factis cū viuo subtili albo potēti: aut cū aqua decoctionis peretri aut ex suc co blete. Leue tñ caputpurgiuū et aq̄ decoctionis ca- momille: aut decoctionis aut sublimationis maiorane potest fieri ante euacuationē materie. Itē pōt mastica re masticē post piretrū aut sil'e vt medicine expellant᷑ p os. Tentemus tamē stati a p̄ncipio deriuare materias cū leuibus tamē ante euacuationē factam.



Xpedito regimine capitis ꝛ tacto regi mine viarū ad regimē stomachi veniē- dū. ¶ Patiens ergo catarralē fluxū cō- surgat a somno in p̄ricipio et post si in stomacho grauitatē sentit vomit᷒ p̄uo cetur: nec applicent᷑ stomacho stiptica

aut in intestinis nisi cessante fluxu a capite et mun-
dificatis stomacho et intestinis. Hijs mundificatis sti-
ptica stomacho applicari poterunt ꝛ intestinis ex aro-
matibus ad calidum declinantibꝰ ex dictis de vomitu
flegmatico ꝛ de fluxu flegmatico hꝛi pn̄t breuit̄ ꝛ facil̄r

¶ Capl̄m de fluxu intestinali.



Expedito cerebrali fluxu ad ītestinalē ve-
niēdū. Et p̄mo ad lubricitatē intestinoꝝ
ꝓportiōabilez ī causis lubricitatꝫ stoma-
chi. Si igit̄ causet̄ lubricitas ex mal̄ cō-
plexiōibꝰ sine mat̄ia siue ꝑ eēntiā siue ꝑ
colligātiā ad alterātia veniēdū Et ꝑ col-
ligātiā mēbri ītestinis colligati remediū īpēdat̄ ītestīs
Aut si suꝑiora fuerīt ꝑ potū adhibeat̄ remediū. ꝛ si in ī-
ferioribꝰ fuerit defectꝰ magꝫ clist̄ia exhibeāt̄. ꝛ si vtraqꝫ
defecta fuerīt vtrūqꝫ r̄mediū ē exhibēdū ¶ Si v̄o fuerit
mala ꝯpl̄o cū m̄ā si m̄ā d̄fluat aliūde ītestīs mēbra mādā-
tia s̄t ꝯfortāda ꝛ r̄ctificāda Et si eꝑ mittat ītestīs col̄icā
m̄āz poterꝫ euacuare cū re educatia col̄e dimitte tn̄ īte-
stis aliq̄d stiptic ꝫ. vestigiū vt poterꝫ euacuare cū mirab.
citri. aut cū reubbaro Et si mat̄ia eēt m̄l̄ta posses dare ī-
fusionē nō q̄rēdo magnā stipticitatē vn̄ p̄mo mirabol̄.
īfusoꝝ potes sic describere ℞. mirabol̄. citri. ℥. v. īfūdāt̄
triti sufficiēter ī aq̄ zucchari. Deide colet̄ ꝑ pānū ꝛ suf-
ficiēter exp̄mat̄ Et ī illa. ℥. v. cassiefistꝫ aut māne. ℥. j. dis-
soluat̄ ꝛ ī potu tribue. Nec mirādū si misceat̄ cassia aut
māna cū q̄ramꝰ euacuationē nō curādo de stipticitate
¶ Si v̄o paucificata iā m̄ā q̄ramꝰ aliq̄lē euacuationē
siue eductionē cū maiori stipticitatꝫ vestigio ita descri-
bere poterimꝰ. ℞. mirabol̄. citri. ʒ. iiij. terāt̄ aliquātulū
suꝑ lamīa ferrata aliquātulū calefacta. Deide sufficiē-
ter puluerizent̄ ꝛ det̄ ī potu cū miua citonioꝝ. ℥. j. ß. aq̄
extinctionis calibis. ℥. iiij. aut cū sirupo mirtio ꝛ ī potu
da patiēti. ¶ Itē post dictas euacuationes pōt vti dia-
rodō. cuiꝰ descriptio ī l̄r̄a est. Diarodon cōferēs dolori
stomachi et epatis et puncture in eis et caliditati et

acuitati colore citrine faciens digerere cibū ꝛ est ex bñ cōfortātibus stomachū et epar debile. Cui⁹ hec est descriptio vel ꝯmixtio. ℞.rof.ru.siue tm̄ folioꝝ.ʒ.x.trocis. diarod.trocisci .de spodio.liqritie.añ.ʒ.iiij.spodij croci masticꝫ aloes añ.ʒ.ij.triū sanda.ʒ.iij.azari spisse.musci macꝫ cardamōi.portulace scariol.lactucꝫ se.citrulle.seminis cucurbite cucumeꝝ alba.margaritaꝝ basilicōis garia filati.rasure eborꝫ dragagātis gūi ara.añ.ʒ.j.cāfore.ʒ.ß.cōfice cū sirupo rof. Uel si vis facere cōfectionem solidā ꝯfice cū zuccharo ꝛ aq̄.rof.ꝛ da ante prādiū aut ante cenā a.ʒ.ij.vsq ad.℥.ß. ¶ Uel valz cōfectio de trib⁹ sandal.ꝛ reubarbaro torrefacto quā describit Nicholaus ī antidotario. ¶ Itē facere potes leuē ꝯfectionem sic. ℞.margaritaꝝ albaꝝ fragmētoꝝ smaragdi.saphiri.iaciti granate añ.grana viij.corall.ru.sanda.ru. añ.℈.j.teranꝭ oīa subtilissime ꝛ infundāꝭ aq̄ rof. et cū sufficiēti quātitate zucchari fiat cōfectio solida. ¶ Itē valz etiā in isto casu zucchaꝝ rof.solū. Uel fac istā medicinā ℞.zucchari rof.antiq.℥.j.ß.zucchari boragiati ℥.ß.miue descriptione descripte ꝯfectionis.ʒ.vj.misce ꝛ īcorpora ꝛ da ī potu cū aq̄ extinctionis calibis. ¶ Item valet robub stiptica de q̄bus facta ē mētio. ¶ Itē minua citonioꝝ sine spēbus. ¶ Itē sirup⁹ mirtin⁹. ¶ Itē epati fiat inūctio tacta vt ℞.olei rof.℥.j.ß.sandal. ru. spodij añ.℈.ij.aceti.ʒ.ij.cū cera fiat vnguētū. ¶ Itē lz nō sit vsuale loco olī rof.possz ponere oleū citonioꝝ. aut mirtinū aut oleū īfusionis triū sandaloꝝ aut corall. ¶ Itez fieri posset inūctio circa vētrē ex oleo rof. vel sīlī sicut dictū est in fluxu vētris ꝓpꝭ medicinā. ¶ Itē ꝯueniunt pulueres trocisci descripti supi⁹ loco allegato p Mes. ¶ Itē cōueniūt trocisci descpti q̄rto viatici. ca.de lienteria cui⁹ lr̄a hz ita. ¶ Trocisci valētes ad oēz lienteriā solutionē vētris lenitiōe intestinorum. ℞.rof.spodij añ. ʒ.iiij.berberꝫ se.herbe acide siue acetose vel meli⁹ acetoselle.ʒ.vj.ypoq̄stidos gūi ara.thuris se.mirti coriandri īfusi ī aceto die ꝛ nocte oīa assa ꝛ fac puluerē ꝛ tēpe

ra cũ succo citonioꝝ ⁊ fac inde trociscos q̃s sicca ⁊ vnũ ita puta puluerizatum qui sit.ʒ.j.da bibere cũ succo citonioꝝ.¶ Uel potes cõterere trociscos duos ⁊ cũ sufficienti quãtitate zucchari ⁊ aq̃ roſ.fac cõfectionẽ ⁊ da bibere.Multa alia ex p̃dictis cõp̃hẽdere potes ex dicẽdis.Si vero col'ica materia esset effusa siue fluxa ĩ ĩtestinis educat cũ clisterib⁹ si magis attẽdas ĩferi⁹ abstergentib⁹ aliqual'r ⁊ alterãtib⁹ vt ℞.ordei lb.j.ß. zucchari ru.ʒ.j.aq̃.roſ.ʒ.j.ß.fiat clistere. Uel si volueris cõfortare ĩtestina pone oleũ roſ.loco aq̃ roſ. Aut si attẽdas alterare ⁊ lenire ℞.aq̃ ordei lb.ß.olei viol'. cassiefistule añ.ʒ.j.zucchari ru.ʒ.ß.Aut si inttẽdas alterare ⁊ sedare mordicationẽ ⁊ confortare viscera. ℞.aq̃ ordei.olei roſ.añ.ʒ.j.vitell'.ij.recẽtiũ ouoꝝ lenit coctos misce et fac clistere.Aut fac ex oleo roſ.solo aut viol'.aut mirtio aut citonioꝝ Et post eductiones materieꝝ q̃si cõpletas cõueniũt clisteria cõstrictiua magis q̃ tãgent inferius. ¶ Itẽ inũctiones infra vmbilicũ ⁊ circa femur ex oleis stipticãtib⁹. ¶ Itẽ sacculatiões epithiata cataplasmata encachismata semicupia ex stiptic⁊ frigidis q̃ruz p̃terijt rememoratio.¶ Itẽ si app̃hendis materiã esse magis in sup̃iorib⁹ ĩtestinis ex g̃uitate ⁊ dolore in partib⁹ sup̃iorib⁹ tũc euacua cum ĩfu sione mirab. citrinoꝝ.aut reubarb.aut exhibẽdo substantiã eorum torrefactoꝝ vt tactũ est dũ q̃ris vt etiã dicebat post sol'onem stipticitatẽ vel dũ intẽdis linire ⁊ liniẽdo euacuare. In p̃ncipio ma'ia existẽte multa tũc exhibe cassiã.aut mãnã cũ aq̃ ordei vt ℞.cassie mãne añ.ʒ.j. zucchari aut ordei.ʒ.ij. minora dosim ſm infirmi dispositionẽ.Ubi aũt postea stipticitatẽ velles dabis mirab.aut reubarbaꝝ vt dictũ est.¶ Post vero euacuationẽ cõuenit regimẽ declinans ad frigidũ et stipticũ ex cibis potubus sirupis robub et miuis in interi⁹ applicãdis. Regimẽ tamẽ colerici fluxus.effusa tamen colerica materia plurima ad stomachũ et intestina tangebit Auic.xvj.iij. tractatu.ij. ca.j. Medicamẽ bonũ ad lubricitatẽ humidã cuius litteraꝫ

quia vtilis est explicabo ꝛc̄. ¶ In illa ergo cuiꝰ est cole-
ra rubea plurima effusa ad stomachū ꝛ intestina opor-
tet vt tēperes mēbrū in quo generat̄ colera a quo ꝓce-
dit ꝛ epar ꝛ fel ꝑ illud qḋ dicebat̄ in ca. suo. Et euacues
supfluitatē colicā si fuerit plurima. Et tutiꝰ est cū vomi
tu si fuerit possibile bñ ꝛ cū fluxu vētris. Si v̄o fuerit ī
virtute debilitas ꝛ timet̄ ꝙ accidāt vlcera aut ꝙ sint fa
cta: ꝛ post illud incipere cū infrigidantibus stupefaciē
tibus p̄dictis al's stupefactionē faciētia p̄dictam. ¶ Et
multotiens quidē sanat hanc lesionem sumere in potu
mirabol'. citri. ipsi enī educūt colerā et faciūt subleuare
virtutē in frigiditate facientē stipticitatē ¶ Et ex hijs q̄
conferūt est administratio lactis acetosi ꝓprie cum spo
dio aut simili cū aqua sanich ordei. Similit̄ stante hac
effusione si a p̄ncipio cōprehenderes peccare cum cole
ra sanguinē cōueniret flobothomiā premittere basili-
ce. Si autē intestinis fluxus fuerit flegmaticus: distin
guendū est quia vel effundit̄ a mēbro aliquo intestinis
aut effusus est siue cōgestus. mēbra v̄o a quibus fluit
flegma intestinis cōiter sunt cerebrū ꝛ stomachus ꝛ ali
quando epar. Si ergo aliquādo effluxerit flegma inte-
stinis rege vt dictū est in cerebrali fluxu. ¶ Si aūt efflu
xerit a stomacho silr̄ oportet videre an sit effluxū a sto
macho ꝛ tūc rege mēbrū mādās ꝛ mūda stomachum vo
mitu. Et si in stomacho fuerit cōgestū si fieri pōt potius
educat̄ vomitu vt euacuatiōe ꝯria ꝛ post mūdificatiōez
rectificet̄ stomachus vt dictū est ī regimīe stomachi flu
xus. ¶ Si v̄o flegma fuerit effusuz ad intestina siue cō
gestū nō educat̄ vomitu. Nā flegma in intestinis ꝯgestū
nō ē educibile vomitu dicēte Auic̄. xvi. iij. tractatu. ij. c.
ij. Verū euacuatio materie istiꝰ egritudinis cū vomitu
est difficil' materia ꝛ ꝓ isto facit dictū Gal'. iiij. amforꝝ.
cōmēto. xij. Quicūqꝫ vētris lienteriā. ¶ Educat̄ igit̄ cli
steri si fuerit ī inferioribꝰ ītestinis: vt. ℞. florꝝ camomil
le aneti añ. ℳ. j. ordei. ℳ. ß. siue pugillū. ß. furfurꝫ. iiij
ℳ. j. fiat decoctio in aq̄ ꝛ dissolue mell'. ℥. j. ß. fiat cliste

re aut tm̄ mell' rof. yere pigre.ʒ.ß.olei camo.ʒ.iij.ff. cli
stere. Vl. ℞.vini albi subtil'lb.iij.furfurꝫ floꝝ camomil
le ordei an̄.M.ß.bulliāt ī dicto vino:deīde cola: Postea
℞.mel' rof.colati.ʒ.ij.yere pigre.ʒ.ß. Post cōpletā mū
dificationē cōpeteret clistere ꝯstrictiuū in quo essent cali
da declinātia ad stipticū: vt. ℞.ameos aut cimini ana
M.j.nasturcij.M.ß.floꝝ camomille ptes.ij.M.j.corti
cū thurꝫ nucꝫ cipssi an̄.ʒ.iij.bulliāt ī vino stiptico vel aq̄
cisterne. Et post colaturā fiat clistere. Eodez mō potes
ponere ī clisteri cōposita calida stipticātia q̄ tacta sunt
de regimine flux⁹. Post assūptionē farmaci. Itē ꝯueni
unt inūctiōes:epithimata:balnea: sacculatiōes fiēde i
fra vmbilicū. Itē infra coxas supsedēdo:hūc sacculū te
nere pōt maxime in inferiorib⁹ pcepto frigore. ℞.sige
M.ij. furfurꝫ floꝝ camomille tassi barbaci nucꝫ cipssi
subtilissime puluerisatoꝝ an̄.M.ß. calefiāt aliquātulū
in sartagine vel lebete.deinde ponātur in sacculo lineo
vt supsedeat vt est dictum. ¶ Post vero euacuationē vta
tur cibis aromatibus cōditis paucis tm̄ ⁊ ita vtatur po
tu nō nimis aquoso ⁊ aliq̄liter stiptico. Nō negligat fe
bris si affuerit. ¶ Si vero fuerit flegma in superiorib⁹ in
testinis a pncipio educatur cū infusione agarici tacta.
possum⁹ iterato sic describere. ℞.agarici.ʒ.j.spice.℈.j.
dimitte hic salgēma īfūde in decoctione zinziberis.ʒ.j.
⁊ in ista decoctione dissolue māne.ʒ.j.aut cassie.ʒ.j.⁊ da
in potu. Et si vis ℞.mirabol'.kebuloꝝ emblicoꝝ an̄.ʒ.j.
infunde in aqua mellis:deinde cola ⁊ tribue in potu cū
ʒ.j.⁊ ß.mel' rof. Si vero cōpleti vel q̄si cōplete vis eua-
cuare materiam vel dimittere magis vestigiū stipticita
tis tūc. ℞.pmo mirabol'.kebuloꝝ emblicoꝝ an̄.℈.ij. tor
refiant aliquātulū ⁊ puluerisent ⁊ nō oppugnāte febre
det in potu miua citonioꝝ cū specieb⁹. ¶ Post vero com-
pletas euacuatiōes poterim⁹ dare .ʒ.j. tiriace antique
cum vino aliqualiter potenti:iuuat enī naturā ⁊ confor
tat spiritū vt de ipsa tangit: ⁊ alijs duab⁹ cōfectionib⁹
Auic.tangit.xvj.iij.ca.ij. ¶ Item cōfectio alkekengi vt

dicit Auic. Cuius descriptio fm Mesue est hec. Cōfe-
ctio alkekēgi cōferens ad solonem nature ꝛ vomitum
ex flegmate ꝛ malicia digestionis cōfortat appetitum
et dispergit ventositatē cuius descriptio. ℞. rof. spice
costi ana. ʒ. iiij. floꝝ alkail. i. roris marini al's alkail. i.
granati siluestris: nucis musca. calomi aromatici gari-
ofili cardamomi ana. ʒ. iij. ß. ciperi. ʒ. xij. triūpipeꝝ ana
ʒ. iij. ß. zinziberis. ʒ. ij. mirab. emblicoꝝ belliricorū ꝛ in-
dorū ana. ʒ. j. granoꝝ mirti balaustiaꝝ thuris corticū
citri fructus thamarisci ana. ʒ. iiij. bulliant cū vino bo-
no antiq°. et bullitione vna exiccentur. deinde bulliant
alia bullitione cū succo citonioꝝ ꝛ exicca in vase terreo
vitreato et tere oīa simul sicut alcohol ꝛ cōfice cū miua
citonioꝝ ꝛ da in potu. ʒ. iij. cū sirupo citoniorū. ¶ Huic
etiā cōueniunt dyacitoniten de zuccharo cū speciebus
¶ Flegmate vo existente vitreo cōueniūt incidētia et
subtiliantia vn̄ potes exhibere hoc digestiuū ℞. mell'.
rof. colati. ℥. j. ß. acetositatis citri aromatizet cum cina-
momo siue fiat decoctio duaꝝ. ʒ. cinamomi in cui⁹. ℥. iij
distemperet p̄dictus sirupus. Aut ℞. mell'. simplicis.
℥. ij. detur cū simplici decoctione aut cū aq̄ decoctionis
zinziberis aut gar̄. deinde soluat cum hijs q̄ dicta sunt.
augendo dosim. deinde fiāt reliq̄ vt dictū est. Similiter
cōpeteret si flegma sit mucillaginosū aut crudū. Si vo
fuerit aquosū potes ip̄m inspissare ꝛ abstrergere dādo
mel rof. sine aceto cū decoctione masticis. Deinde pos
ses euacuare vt tactū est ꝛ operare extrinsece stiptican
do stupefaciendo cū fortioribus aq°so flegmate pl⁹ la-
xante membrū. Et habe semp̄ menti in q°libet flegmate
an aliūde stomacho an intestinis siue fluxerit siue con-
gestum fuerit ꝛ operare vt tactū est. Si vo humor coleri
cus fuerit causa fluxus tūc silr videndū est a quo mem
bro fluat intestinis ꝛ in epate. an sit ibi cōgestus vel cō
geries humoꝝ colericoꝝ vel melancolicoꝝ. Si enim vt
plurimū est fieret ex splene. iterū vide. si p̄mo fluat sto-
macho ꝙ̄ intestinis, an vtrisqꝫ simul, Cōsidera etiā qua

lis sit hec melācolia an naturaľ.ad bonū intellectū an sit p̄ter naturā frigida vel adusta. Et si fuerit primū et sit cū sanguine peccans cōstāte virtute et ceteris pari bus flobotoma basilicam sinistrā aut in sinistra manu. ¶ Si intendis diuertere plus ⁊ virtuti attendere magis flobothoma saluatellā inter annularē ⁊ auricularē existentē sup tamē vtrūq3. Deinde digere humorē melancolicū ꝓpo digestiuo dicēdo in cura quartane. ¶ Et euacuabis cū mirabolˀ. indis ⁊ decoctione epithimi et similiū materiā vo stomacho effusa3 vomitu educ. deide rege stomachū vt dictū est in regimine vomitus melācolici. Si vo ī intestinis p̄cipue effundatˀ humorē melancolicu3 euacua ip̄m vt est dictū. Nec vomitu ducere temptes nō educibili melācolia vomitu ab intestinis. ¶ Si vo stomacho et intestinis simul īfluat melācolia inchoetˀ a regimine stomachi tacto. Deinde educatˀ materia ītestinoꝝ vt ē dictū. Si vo fuerit materie aduste eodē modo de mēbris distinguēdo ⁊ euacuāde sunt cū mitibus farmacijs ⁊ nō acutis timēdo excoriationem. ¶ Item infirmꝰ regēdus est p res nō naturales declinātes ad humidum et p cibos ⁊ potus leues ⁊ facilis digestionis multiplicātes sanguinē clarū. ¶ Si vo epar esset causa fluxus īmittendo intestinis humorē melācolicū p̄dictu3 aut īmittendo ip̄m spleni. aut si meseraice fuerint in causa p̄mo regatˀ epar aut meseraice flobothomādo vel farmacādo aut exhibēdo digestiā aut alia approp̄ata mēbris ⁊ explicāda locis suis vt potissimū xiiij.iij.tractatu.ij.de superfluitatibus epatis ⁊ hec partim tāgentur dum tangetˀ materia epatici fluxus. ¶ Si vo ab intestinis fluxerit sanguis sine dolore ex asp̄siōe venaꝝ eaꝝ nō existēte vlceratione. in isto fluxu regēdo multiplex intētio habenda est. Una ad diuertendum. Scd̄a ad locū vbi fluit sanguis. ¶ Prima intētio cōpleri pōt p euacuationē p cōtrariū factā. ¶ Scd̄a p aliam motionē materie siue euacuationē. Cōpletur ergo p̄ma intentio per flobothomia3 basilice vene aut saluatelle

dextre partis aut sinistre sm locu intestinoꝝ a quibus fluit sanguis aut etiā si apparuerit in toto repletio posset fieri flobotomia ex vena nigra aut ex ramo feylē qꝛ splen. ¶ Quātitas vero sanguis euacuādi stet in cōiectura medici mēsurātis abūdantiam et tenorem virtutis. ¶ Scōs mod⁹ diuersionis p euacuationē posset esse cū ventosis ꝛ scarificatione positis sup nates circa finez lūboꝝ. ¶ Scōo pōt fieri gnālr diuersio mouēdo matiā aut ꝓhibēdo ne sanguis a supioꝛib⁹ fluat ad venas intestinoꝝ aptas aut fractas ex hoc cōplet vētosādo sine scarificatiōe loco dicto. Aut ponēdo vētosas circa vmbilicū aut circa ypocūdriū dextrū vel sinistrū. ¶ Tertio cōplet p ligationē extremoꝝ aut p aspsionē aq̄ frigide sup brachijs. Itē p fricationē extremoꝝ maxime supiorū. ¶ Quarto gnālis intētio habēda est ad venas intestinoꝝ aptas seu fractas diuidit ī debitā administrationē sex rerū nō naturaliū ꝛ ī debitā medicinarū exhibitionē. ¶ Primo ḡ ab aere inchoādū. Nā pluries est causa fluxus ex. xvj. iij. tractatu. j. de fluxuvētris oīm modorū. j. paragropho. Et cū fuerit yems sicca septētrionalr aerē ita moderem⁹ vt tēperiē habeat ī actiuis vt parū p declinet ad frigidū: ꝛ ī passiuis ad siccū. Et si naturalr haberi nō posset spālr p artē p̄paret cū aromaticis ꝓportionatis q̄ ex p̄habitis collige. ¶ Ad scōm venio ad cibū ꝛ potū q̄ declinēt ad frigidū ꝛ stipticū ꝛ vi habeāt cōglutinādi. Ex carnib⁹ quidē cōueniūt p̄mo ex q̄drupedibus domesticis carnes capretoꝝ lactantium ꝛ silr vituloꝝ. Et maxime carnes neruosaꝝ ptiū vt pedes et silia. ¶ Itē ex domesticis bipedib⁹ cōueniūt carnes pulline. Itē ex quadrupedib⁹ domesticis cōueniūt pedes ꝛ grunes porcellorum nō repugnāte febre aut debilitate virtutis in digerendo. Et possunt decoqui elixe et pōt fieri gelatina loco aceti ponēdo agrestā aut succū berberoꝝ aut acetositatē citri ꝛ viscoset hec gelatina imponēdo p̄dictos pedes ꝛ extrema ꝛ mucillagines seis citoniorū aut de dyadragāto. ¶ Itē de siluestrib⁹ qua-

drupedibus habeant lepores caprioli cameli apri lactantis et maxime eorum extrema. ¶ Ex volatilib' aut conueniunt minute aues degetes in rub et motib'. Ite pdices et pulli earum magni. Ite qlie no pigues. Et possut odiri hee aues ad gelatina vt dictum est aut in mirtia aut in sumachia aut in succo berberorum aut grauati aut citoniorum aut pirorum no maturorum aut sorbarum aut succo acetoselle. ¶ Ex piscib' vo oueniut tenche aguille et pisces etia bone aq no saliti. ¶ Ite coueniunt vitella ouorum. ¶ Ite case' reces no salit' aut antiqu'. Primo in aq elixus ocide torrefactus aliquatulu. Deide pulverizet cu zibario imissus hoc tn no est vsuale. ¶ Ite ex granis coueniut letes post debita lotione earum. Ite risu. Ite panicu miliu et codiant cu dictis carnib' modis suis. Pane eligat minime salsuz azimu aut modicu hnte fermenti de pura simula de quo non multu comedat. ¶ Vinu eligat pauciferum nigru stipticu aut ponticu. Et si oportuerit tunc limphetur cu aqua extinctionis calibis aut aqua cisterne. aut si sufferret cum aqua plantaginis.

¶ Tertium ad quod venio vt inanitionem et repletionem vitetur repletio nimia immo abstineat inquantu potest tentet expellere feces saltem cum clisteri lenitiuo. ¶ Ad quartum venio et est vt quiescat inquantum potest vnde non surgat ad sellam sed seruet modum pdictum. Non teneat ventrem multum decliuem immo quasi semper iaceat. ¶ Ad quintum venio dormiat quantum potest hora tn debita qr non statim assumpto cibo nisi valde vrgeat necessitas. ¶ Ad sextu venio vt ad accidetia aie ex eorum oim intetione vi diuertat et fabularum auditu nouarum hystoriarum catileuis dulcib' et silib'. ¶ De coitu quide dicedu claru est oino vitad' est. Et silr ois incitatio et ois pntia ancillarum pulchrarum. ¶ Expedito regimine no naturaliu rerum ad medicinas ad medicialia veniedu. Et pmo dicedu medicias maxie iteri' aut exteri' applicadas i isto casu oueire debere qr sint frigide stiptice oglutinatie. Cui' ca clara e. vt suit. xvi. iij. tra. ij

De cura fluxus sanguinis absq excoriatione. Hec sunt tacta dū de regimine flux⁹ ex farmatico tactū est. ¶ Explicaturus tamē regimē speciale siue replicatur⁹ interius assumendū inchoabo rememorās quedā. Et pmo sirupos. scdo iulep. tertio miuā. qrto electuaria. quinto trociscos. sexto cōfectiones solidas. ¶ Sirupi igit cōueniētes sunt. Sirupus mirtin⁹ aut de succo citonior aut de succo arnaglosse aut decoctione vt ℞. foliorum plantaginis. M. j. seminū eius. ʒ. j. antere mirti sumac. ana. ʒ. iij. barbe hyrci. se. acetose ana. ʒ. j. ß. burse pastoris: qrtam. M. vnius sorbar berber nespular gladiū recentiū ana. ʒ. ij. ß. bulliāt in lib. ij. aq vsq ad cōsumptionez tertie ptis. Deide colet et capiant de colatura. ℥. xij et cū. ℥. j. vini citonior et berberor etiā. ℥. j. misceant. Deinde ℞. sanguis draco. coral. al. et ru. terre sigillate lapidis ematistes. ʒ. j. puluerizēt subtilissime et cū zuccharo albo post colaturā istor sirupiset et clarificet sirup⁹ cū albumine oui recētis. Cuius capiat. ℥. ij. pvice cū. ℥. j. ß. aque extinctionis calibis. ¶ Pro scdo dicendū iulep rob. cōuenire. Itē aque sublimationis plātaginis aut virge pastoris aut acetoselle aut portulace aut sublimationis acetositatis citri aut agreste aut berber aut sorbar aut nespular. aut vini citonior. ¶ Quātū ad tertiū miuā citonior sine spēbus cōuenire dictū supra aut miuam piror imaturor aut aliud qp p te ɔsidera. ¶ Quartū patet hoc electuariū cōuenire. ℞. zucchari rob. antiqui. ℥. j. ß. sanguis draco. terre sigillate. boliar ana. ℈. j. margaritar sbtilissime puluerisatar. ℈. ß. cola℞. ru. lapidis ematiste aā. ℈. j. incorporent inuicē et in potu tribuat quātitas. ʒ. iij. pvice cū aq extictionis calibis. aut vino citonior aut vino granator aut similiū: aut i ore teneat et labi dimittat paulati. ¶ Quintum est trocisci vsuales q cōueniunt sunt trocisci de carabe aut trocisci de terra sigillata descriptione Mesue pluries noiati et v. canone. tractatu. viij. Cui⁹ lra trocisci de balaustijs cōuenientes ei q habet fluxum ventris et cū egestione

emittit sanguinē ⁊ saniē ⁊ habet tenasmonē quorū de-
scriptio. ℞.balaustiarū corticū granatorū sumac glan
diū torrefactorū cū aceto cimini torrefacti infusi i ace-
to ana.ʒ.iiij.tere ⁊ cōfice cū aq̄ ros. aut succo arnaglos
se aut succo malorū stipticorū ⁊ forma trociscos.ʒ.j.⁊ da
vnū in potu cū aliquo dictorū sirupoꝝ. ¶ Itē ꝯueniunt
trocisci de balaustijs descriptione Almāsoris.ix.ca. de
fluxu vētris cui⁹ littera.Trocisci de balaustijs q̄ cū mi-
ua conferunt dyarie dandi sunt cū flux⁹ fuerit supflu⁹
siue habeat sanguinē admixtū siue nō quorū descriptio
℞.gallarū siliquarū nabati.i.carub.siue pomū seis tama
risci olibani balaustiarū ana.ʒ.j.opij gūi ara.an̄.ʒ.ß.ex
hijs bn̄ pulverizatis formētur trocisci cū sirupo citonio
rum aut mirti.Et sit eorū dos a.℈.ij.vsq̧ ad.ʒ.j.Et suma
tur cū vino stiptico nō oppugnāte febrevel cūvino cito
niorū.vel cū robub p̄dicto. ¶ Expeditis remedijs p su-
perius applicādis si fluxus fuerit magis ex pte iferio
ri intestinorū tūc cōuenit clistere cōstrictiuum positum
nono Almāsoris ca.allegato cui⁹ lr̄a. Clistere cōstricti
uū ℞.panici excorticati lentiū excorticatarū.ro. siccarū
balaustiarū copularū glandiū.ana.M.j. coquantur in
tribus lib.aq̄ vsq̧ ad cōsumptionē medietatis ⁊ colēt
deinde sumat ceruse cineris papiri ana.ʒ.j.boli arme.
ʒ.ß.vitellūvni⁹oui assati ⁊ duri olei ros.℥.ß.ex hijs bn̄ cō
mixtis dicte decoctioni et debite dissolutis cum manu
fiat clistere.¶ Secūdo potest fieri clistere. ℞.plantagi
nis burse pastoris portulace ana.M.j.bulliant inuicē
in duab⁹ lib.aq̄ ad cōsumptionē medietatis.deinde ℞
farine volatilis molendini auulsi ana.℥.ß. corallorum
ru.lapidis ematitis ana.℈.ij.terre sigillate.℈.iiij.pulue
rizentur hec oia subtilissime.Et post colaturā dicte de
coctionis misceant inuicē cū.℥.j.ß.olei mirtini ⁊ fac cli
stere.¶ Aut tertio. ℞.aq̄ plātaginis aut aque burse pa
storis portulace ana.℥.iiij.trociscorum de carabe suffi-
cienter tritorū.ʒ.iij.olei citoniorum.℥.j.ß.boli arme.gū
mi ara.ana.ʒ.j.vitelli ouorū.ij.assati omnia ista inuicē

misceat̄ ⁊ dissoluāt̄ dissoluēda ⁊ fiat clistere. ¶ Expedi tis iteri⁹ assumēdis ad exteri⁹ applicātis leuit̄ venio. Prio ad sacculos q̄ pn̄t fieri magni ⁊ sūt applicādi su pius ⁊ iferi⁹ ſm locū ⁊ fluxū sanguis. Sit g̃ iste saccul⁹ si nō istaret valde caliditas imo apparerēt signa frigo ris ℞.spice sq̄nāti ameos an̄.ʒ.iij. balaustiaꝝ arilium passulaꝝ tritaꝝ siue garilliū mirtoꝝ sufficiēter tritoꝝ an̄ ʒ.ß.floꝝ camomille .M.j.ponat̄ i sacculo calefacto po nendo ad locū sanguis. Scdo potes facere sacculū fri gidiorē vt. ℞.sandaloꝝ al.coralloꝝ al.⁊ ru.an̄.ʒ.j.roſ. rub. M.j.mirtilloꝝ. M.ß. balaustiarū seis tamarisci anthere q̄rtam.M.j.cōterant̄ subtiliter et fiat saccul⁹. ¶ Tertio pōt fieri inūctio ex dictis oleis de fluxu post medicinam vt oleo mirtino aut citonioꝝ aut roſ. instā te calore cū puluere trociscoꝝ de carabe. ¶ Aut si appa ret vestigiū frigoris pōt capi oleū masticinū aut oleum de absinthio vel p te cōstrue oleū frigidū aut calidum coquendo res stipticas calidas aut frigidas cum oleo onfancino calefactas cū eodem oleo aut oliuarū ma turarū cū nucleis mollitarū. ¶ Itē potes ex prehabitis colligere cerota cōstringentia sanguinē calida aut fri gida.et p id tene menti ea q̄ dicta sunt ꝓ constrictione sanguinis nariū exceptis causticationibus. Item itel lige etiā ex dictis semicupiū factū ex rebus cōstringēti bus ex dictis sil'r intellige sacculū sup quo etiā sedere dꝫ infirm⁹ coxas tenēdo sup ano marie sanguie fluēte.

¶ Capitulum de fluxu cū excoriatione.



Expedito regie fluxus sanguinis absq̄ excoriatione nūc de fluxu sanguinis cuꝫ excoriatione dicēdū. Pro quo multiplex intētio habēda est lꝫ gn̄alis vna ad cau sam. Si igit̄ causa fuerit p̄mitiua vt as sumptio medicine venenose solutiue prꝫ ex dictis de fluxu ꝓpt̄ medicinā q̄d dicendū. Nā similit̄ regend⁹ est fluxus excoriatiu⁹ ꝓpt̄ medicinā venenosā et si nō tm̄ medicine venenose sustineret nocumētū sed

etiã veneni tũc vltra ꝑhabita administrēt cordialia ꝛ
alia q̄ opponũt venenis vidēda sũt canone.ij.vj.iiij.vi
dendũ etiã ĩ antidotario Mes.q̄ sũt malicie famosoꝝ
solutiuoꝝ saltē h̄ sṫ corrigētia.ꝛ maxie circa scamoneã
attēdēdũ vt gen⁹ gn̄alissimũ solutiuoꝝ ex Me.Si etiã
ꝯtigerit dicta excoriatio ex assũptiõe cibi salsi vel acu
ti vel ꝓpṫ potũ sit̃r operãdũ estvt ꝑmo abijciat̃ cã eodē
mõ.¶Si ꝓpṫ clistere acutũ aut ꝓpṫ cãm clisteris acci
dissēt attēdēdũ erit ad curã ꝑ ea q̄ dicēt̃.Aut etiã si fo-
ret res dura sũpta ꝑ os ista remoueat̃ postea attendat̃
ad curã ꝑ dicēda.Si ēt trit⁹ adamas foret assũpt⁹ fac
vt dictũ est de sol'one post farmacũ.Si ṽo ꝯtigerit a cã
corporea tũc vel cõicata ē ĩtestinis ꝑ viã deflux⁹ aut ꝑ
viã paulatie cõgestiõis. Si ṽo ꝑmo mõ vel est totalit̃
fluxa vel ĩ fluxu siue fluxura. Si fluxa sit vel pti vel in
fluxu aut fluxura.Regimē sex reꝝ nõ naturaliũ ꝑmittē
dũ ꝛ eodē mõ seruãdũ vt ĩ regĩe flux⁹ sangĩs sine exco-
riatione dictũ est.Deĩde ad membrũ mãdãs.Et si fuerit
epar vñ excoriatio siue dissinteria epatica noĩari solꝫ
videndũ vtrũ ĩ toto sit humoꝝ abũdãtia.Et si epar ēt sit
repletũ ꝛ cũ hoc toto ꝯsidera si aliq̄ euacuatiões retēte
sũt vt mēstrua aut emorroyde.Et intēde ad ꝓuocantia
eaꝝ.Et si fuerit abũdãtia sanguis mēstrui vel emorroy
dalis api saphenas aut vētosa vt ꝑdictũ est:meli⁹ ē tñ
stãte repletione ꝛ mat̃ia existēte ĩ fluxu ad ĩtestina san-
guinea flobotomari venã nigrã dextre ptis.Deĩde trãs
ire ad diuertētia q̄ tacta sũt ĩ regĩe flux⁹ sanguiuis ab
epate.¶Et si flux⁹ ab epate vt a chili fellis fuerit colera
euacua ĩpam cũ magna diuertētia si posses tñ cũvomi
tu aut cũ deriuatõe advias vrine cũ frigidis aliq̄lr api
entib⁹vt cũ sirupo ēdiuie aut cũ sirupo scariole aut cũ si
rupo decoctiõis capilloꝝ vener℥ aut seiuꝫ cõiuꝫ vt bulli
ãt seia cõia excorticata ꝛ aliq̄lr ꝑssa ĩ pãno aut educat̃
mã ꝑ vētrē soluēdo cũ magno tiore ne mã q̄ educit̃ valde
augeat excoriatõeꝫ ne ēt solutiuũ sua acuitate excoriet
dñte Aui.xvj.iij.tra.ij.de cura excoriatõis vlceꝝ ĩtestioꝝ

¶ Et si fuerit necessario euacuatio ppt maliciã humo-
rũ fac eã cũ timore ꝛ cautela et stude vt non sit solutiuũ
vehemẽter nocitiuũ viscerib⁹ ꝛ vlceri immo sit vt mira
bol.citri. Hũc ergo modũ seruare debes vt materiã mul
tã pmo minores minoratione ppa cũ phabito minora-
tio ꝛ replico.tamẽvt ℞.mirabol.citri.ʒ.ij.cõterãtur sub
tilissime deide ĩfundant decoctioni draganti deide co-
lent ꝛ sufficiẽter exprimãt.ꝛ cũ dicta expssione ꝛ aq̃ ci-
sterne aut aq̃ extictiõis calib dissolue.ʒ.j.mãne vl cassie
et in potu tribue nã nõdũ est intẽtio ↄstrictiõis matie
nec est retinẽda circa epar cũ sit mẽbrũ nobili⁹. ¶ Se-
cũdo trãsibis ad alterãtia epar digerẽtia materiã cole
ricã cũ dict; sirupis vt de endiuia. Deide poteris vt post
exhibitionẽ sirupi exhibere si matia adhuc fluat ꝛ abũ
det ĩ epate dare solutiuũ reliquens vestigiũ stipticitat;
qđ est tactum replẽdo vt. ℞.reubarbari mirabol.citri.
ana.℈.ij.torrefiãt aliquãtulũ ꝛ subtilissime puluerizēt
et dent ĩ potu cũ.ʒ.j.ß.sirupi mirtini vel de citonijs vel
de succo plãtaginis aut virge pastoris aut alioꝝ stipti
coꝝ de q̃bus dictũ est. Et distẽperẽt cũ aqua extictionis
calibis aut cisterne vel plantaginis vel virge pastoris.
¶ Postea vo fiat hec confectio solida. ℞.triũ sandal.
ana.℈.j.margaritaꝝ non pforataꝝ.cora ll.ru.ana. ℈.ß.
spodij põdera.v.g̃noꝝũ ordei. Smaragdi saphiri gra-
nati ana ponderuȝ g̃noꝝ.iij.terãt oĩa subtilissime ꝛ cũ
aq̃ plãtaginis et cũ aq̃ endiuie et cũ aqua roſ. fiat cõfe
ctio solida cũ zuccharo q̃ vti potest. ¶ Itẽ potest vti mi
xtura tacta vt. ℞.zucchari roſ.antiq.ʒ.j.ß.sandal.rub.
cora ll.ru.carabe añ.℈ ß.incorporẽt adinuicẽ cũ vino
granatoꝝ muzoꝝ. ¶ Itẽ ↄferũt ĩ hoc trocisci de spodio
cũ seie acetose. ¶ Itẽ trocisci de berber; pme descripti-
onis modus dãdi est vt sumat.ʒ.j.trociscoꝝ subtilissime
pulueriza toꝝ cũ.ʒ.j.ß.sirupoꝝ alteri⁹ pdictoꝝ aut cũ vi
no citonioꝝũ vel succo granatoꝝ.aut cũ aliq̃ ex phabit;
robub. Deinde epithia epar cũ epithiate frigido pdi-
cto ꝛ eodẽ mõ inũgat. Si vo epar mãdauerit itestinis

melācoliā adustā tētemus euacuare quācitiꝰ possumꝰ p̄cedēte mūdificatione ītestinoꝝ a fecibꝰ tētemus dico cū mirab.ind; ꝛ citri.¶ Primo exhibēdo infusionē mō tacto.Deinde trāseamꝰ ad equādum ꝯplexionē epatis. Poterimꝰ ꝙ exhibere sirupū endiuie cū aq̄ decoctionis leuis epithi aut buglose aut aq̄ decoctionis foliculoꝝ sene.Deinde euacuemꝰ dādo substātiā dictoꝝ mirabo. cū p̄habitis sirupis vt dictū est.¶ Potes ēt addere reu-barbaꝝ valde approꝑatū colericis materijs et vlceribꝰ ītestinoꝝ dicēte Auic̄.vbi est allegatū ꝛ reubar.q̄dē in-est ꝓꝑetas mirabol.ī vlceribꝰ ītestinoꝝ.ꝛ fluxui algras et ꝓꝑe q̄n daṫ cuꝫ eo in potu qd̄ est sicut aq̄ arnoglosse cū pauco vino antiquo.¶ Si v̾o epar emiserit flegma salsū tūc post minoratione cōem mioꝛa cū īfusione mi-rabol.kebul.et citri.cū etiā mat̄ia sit mixta aut cū infu sione reubarbari cū etiā habeat aspectū ad hāc materi am et da in potu cū miua citonioꝝ. Postea potes face re digestiuū vt.℞.aq̄ apij aq̄ endiuie an̄.ʒ.iiij.aq̄ roſ.ʒ. j.vini citonioꝝ.ʒ.j.ß.sirupiza cū zuccharo ꝛ da in potu Deinde potes dare p̄dictos mirabol. aut reubarbaꝝ ī substātia aliq̄lr tostos.¶ Itē cōuenit ī isto casu nucleta quā describit Nicolaus ī antidotario ī lr̄a M.eſ.Et ha bet:nucleta.i.expta ꝓꝑe valꝫ emoꝛroydibꝰ alr̄s emotoy cis et ad oēm vētris coꝛrosionē ꝛ rugitibꝰ liētericis ꝛ dissintericis optīa ē ī oī solutione cuiꝰ descꝑtio.℞.mi-rabol.citri.kebul.mūdatoꝝ ꝛ assatoꝝ an̄.ʒ.j.ß.anisi ma ratri belliricoꝝ ēblicoꝝ assatoꝝ ameos an̄.ʒ.ij.ß.nastur cij cinimi aneti carui an̄.ʒ.j.ß.Et ista īfusa aceto die ac nocte assata puluerizenṫ tūc adde spodij balaustie ma sticis gūi ara.an̄.ʒ.j.ꝛ gar.xv.fricenṫ oīa cū oleo roſ.ꝛ tempenṫ cū sirupo mirtino.¶ Et ſm Nicolaū deṫ cū aq̄ fluuiali alr̄s pluuiali.mane meridie ꝛ sero.Et sit dosis a ʒ.j.vsqꝫ ad ʒ.ß.Aliā nuclete descꝑtionē collige.iiij.via tici.ca.de dissinteria ꝛ dyaria ꝛ teñasmoñ. et vulneruꝫ ītestinoꝝ ꝛ excoꝛiationum ꝛ de cōfoꝛtatione stomachi. Et hꝫ lr̄a sic:nucleta valēs ad disinteriā ꝛ egritudines

predictas. ℞. mirabol. kebul. citri. an. ℥. vj. bell. embl. an. ℥. iiij. fac frāgi oīa ꝛ cū oleo frica: deīde assa: postea accipe nasturcij assi. ℥. vj. cimi maratri anisi ameos car ui an. ℥. ij. oīa īfūde ī aceto. xxiiij. horis. deīde exicca et assa ꝛ cū p̄orib⁹ puluerib⁹ fac. Deīde ℞. spodij balau. ma sticis boli armeni. sumac gar. an. ℥. j. ß. fac puluerē ꝛ mi sce oīa priora ꝛ pista ꝛ cū oleo rosa. frica ꝛ tēpera cū si- rupo citonioꝝ dādo bibere. ℥. iij. cū sirupo mirti. Et ista est bona descriptio ¶ Aliā ponit Auic. v. can. ca. de suff. cui⁹ lra: nuclete rubori cōferēs ad tenasmonē pūctionē et solutionē vētris ꝛ emorroyda. cui⁹ descriptio. ℞. gra natoꝝ nasturcij torrefactoꝝ lib. j. ß. cimi infusi in aceto die ac nocte ꝛ seīs porri torrefacti. ℥. vij. mirabol. kebu lo. butiri vaccini an. ℥. iij. Teneat p̄ma aut scōa descp̄tio Et melior scōa. Deinde post euacuationē attēdat recti- ficationi epat; vt dictū est. ¶ Si aūt ab epate effluxerit sanies aut sanguis corrupt⁹ excoriās ītestina tūc adda tur mūdificatio cū aq̄ mellis aut aq̄ zucchari ru. aut cuꝫ aq̄ ordei ꝛ zuccharo ꝛ cū infusione mellis rob. colati aut zucchari rosa. Post mūdificationē attēde ad cōfortā- dū stomachū. ¶ Si ꝟo a meseraicis apostemat; ꝛ oppi latis mat̄ia q̄litercūq; excoriatiua fluxerit ītestinis at- tēdat mūdificationi ꝛ abstersiōi. Deīde cōfortātia epa tis ꝛ deoppilatiuis. Si ꝟo acciderit ītestinis oppila- tio ꝓpt̄ vlcera stōachi cōicātia saniem ītestinis. Tunc p̄mo mūdificet stōachus cū hijs q̄ dicta sunt ꝛ hic etiā si debet fieri euacuatio oportet euitare fortia acuta di cente Auic. xiij. iij. tract. v. de cura vlceꝝ stōachi ꝛ cor- rosione ī ipo. in p̄mis cū mūdificatiōe cū eis q̄ sunt sic aq̄ mell. ꝛ iulep ꝛ nō oportet etiā ꝙ sit ī purgatorijs for titudo purgatiōis vt ledat vlcera plus ꝙ oportet. ¶ Itē est fiēda purgatio ꝑ solutiua poti⁹ ꝙ ꝑ vomitiua dicēte Auic. ibidē. Et oportet vt sit coꝝ abstersio ꝛ ablutio ad īferiora. nā materie saniose nō sūt ꝑ supi⁹ educēde. Et si illic fuerit corruptio et mortificatio carnis stōachi tūc conueniret abstergēs mūdificās et incarnans et gene

rans carnē ⁊ ꝑ oībus istis cōmendat Auic. yerampigram dum sic dicit in lr̄a Qd̄ si fuerit corruptio et caro mortua oportet vt mūdificaret̄ cū mūdificatione medicine carnē mortuā et incarnante et faciente nasci carnem:⁊ ad quā cōueniēs est yerapigra:⁊ ad illud. Et post mūdificationē cōueniret refrigerans stipticū vt sirup⁹ de citoniis et de granatis ⁊ similia. Itē cōueniūt trocisci de carabe:⁊ de terra sigillata vt est dictum:et alij tacti. Et si necessariū fuerit mūdificare ventrē a fecibus detur cassia aut māna cum aqua extinctionis calibis aut pluuialis et attendat̄ deinde cōfortantib⁹ stomachū ⁊ ipendat̄ debitū regimē sex rerū nō naturaliū. Et inter cibos cōmēdat̄ vētres vituloꝝ eorūdem elixi ⁊ conditi cū aceto vel agresta vel alio ex acetosis.¶ Si ṽo cōtingeret ista excoriatio ꝑpt̄ flegma salsū aut ꝑpt̄ aliū acutū humorē aut a cerebro descēdentē.tūc attendat̄ cerebro ꝑmo ſm ꝙ est tactū.Sil'r si cōtigerit ꝑpt̄ splenē vt causata sit dissinteria splenetica fac vt dictū est. ¶ Si ṽo materie iā sint effuse aut cōgeste ī intestinis attendatur abstersioni istaꝝ materierū. Primo si eguit cōsolutiuis facias vt dictum est.Similiter si abstersiuis aut mūdificatiuis ꝑ ꝑ̄dicta.¶ Si ṽo fuerit ī inferiorib⁹ intestinis attendat̄ regimini sex reꝝ nō naturaliū mō ꝑ̄habito eligēdo aerē vt dictū est.¶ Itē eligēdo cibos ex carnib⁹ tactꝫ si fuerit necessariū ꝑpt̄ ṽtutē inter cetera ꝯmēdat Auic̄.xiij.iij.trac.ij.ī ca.dicto ⁊ ꝑꝑe epar galline piguis dū dicit.¶ Cibus ṽo apud necessitatē ⁊ apiti onē necessitatis siue debilitatꝫ ē ille cui⁹ quātitas minorat̄ ⁊ multi plicatur ꝯfortatio ipius sicut epar gallie piguis. Infert etiā alia dicēs:⁊ paꝝ panis de simula declinās ad acuitatē ⁊ testiculi galli et oua q̄ ascendunt a sorbilibus scilicet in decoctione et descendunt ab assatis sorbilibus et quandoqꝫ quoniā iuuantur valde ex piscibus assatis calidis et pedibus decoctis in lacte dulci et risum torrefactum est bonum eis valde cum sugunt ipsum. ¶ Et intellige per risū etiā panicū et miliū

et silia stiptica de qb' dixi Et potib' vo eẽt aq̃ extictiõis calib cũ ifusione zucchari rosᷓ.aut cũ aliq̃ rob stiptico. Et si parum necessariũ fuerit vinũ paruuz stipticum sit limphatũ modo dicto.¶ Alia vo nõ naturalia modera re vt est tactũ. Et si fuerit necessariũ inducere somnũ cũ aliquali stupefactiõe detur.ʒ.j.filonij cũ aqua extinctio nis calibis: aut cũ sirupo de citonijs vel silˀibus.¶ Exte riora vo fiant vt dictũ est superius. Item fiant semicu pia siue tine ex dictis colligẽde. Potest tñ leuis cura fi eri alijs p̃cedẽtib' vt. ℞. flor tapsi barbati rosᷓ.añ.M. ß.aut.iiij.M.j.corticũ granatoꝝ gallarũ glandiuz añ. M.ß.coquãtur in aqua ⁊ fiat semicupium.¶ Si vo ex coriatio ⁊ fluxus fuerit ab inferioribus intestinis tunc cõueniũt clisteria. Et p̃mo mundificatiua sicut facta ex aqua mellis aut ex ordei cuz melle rosᷓ.infusi. Aut si ap paruerit magis vestigiũ caloris fiat clistere cum aqua ordei ⁊ infusione zucchari rosᷓ. nec est malũ si ponatur oleũ rosᷓ.aut adeps renũ caprarum: aut renum vituloꝝ. Et si eguerit fortificari mũdificatione ⁊ abstersiõe mis ce cum aqua melˀ: aut cũ aqua melˀ rosᷓ. quartam por tionem aque in qua steterint oliue condite ⁊ salite licz inducant mordicationẽ. Itez cõuenit in hoc casu cliste re vini al.aromatici de citonijs aut mirti aut etiam vi ni nigri stiptici facilis decoctionis aut aque decoctio nis furfuris.¶ Itẽ conuenit clistere ex vrina factũ. Itẽ cõmẽdant auctores clistere in quo dissoluti sunt trocis ci de arsenico: quoꝝ descriptiones multe ponũtur. Tan gam tamẽ descriptionẽ Viatici.iiij.li.¶ Et est p̃ma ista trocisci de arsenico quos etiã ꝓposuimus. ℞. arsenici sandarace añ.℥.j.ß.calcis viue.ʒ.iij.carte bõbacine cõ buste acacie añ.ʒ.j.fac pulueres ⁊ tempera cũ succo ar nuglosse ⁊ fac inde trociscos.¶ Secũda descriptio. ℞. arsenici sandarace fecꝫ aceti assate acacie gũmi añ.ʒ. j.ß.calcis viue carte bombacine cõbuste añ.ʒ.ij. alumi nis opij añ.ʒ.ß.fac puluerẽ ⁊ tẽpera cum vino rubeo et fac trociscos. Et cũ fuerit expediens dissolue duos ex

istis.ʒ.ij.in aliqua dictarũ aquarũ ⁊ hee descriptiones
satis domestice sunt. Prima tñ magis. Descriptiões tñ
quasdam trociscoꝝ debentiũ ingredi clistere tãgit Aui
cẽna.xvj.iij.tractatu.ij.in cura excoriationis. ¶ Descri
bit enĩ trociscos de carta cõbusta. Quorũ prim⁹. ℞. car
te cõbuste.ʒ.x.arsenicoꝝ combustoꝝ ⁊ corticum eorum
aluminis iameni gallarũ calcis viue añ.ʒ.xij.fiant tro
cisci cũ succo arnaglosse quoꝝ quilibet ponderet.ʒ.iiij.
Ista descriptio est multũ fortis nec administret nisi in
corpe obtusi sensus ⁊ nisi fuerit multa sanies. ¶ Alter
trociscus ei⁹ est iste ℞.sumac capitũ granatoꝝ ⁊ succ⁹
eoꝝ balaustiaꝝ granoꝝ interioꝝ agreste calamẽti col-
cotar.seris vsti antimonij hec capiant in dosib⁹ eq̃libus
vt capiat.ʒ.j.floꝝũ eris ptẽ.ß. fiant trocisci ⁊ hij etiam
sunt valde fortes ⁊ modicum de hijs ponat in clisteri.
¶ Tertius est trociscus valde fortis cui⁹ ℞. calcis ⁊ al-
cali acacie gall̃.arsenici terãt cũ aceto aliquib⁹ dieb⁹
et fiant trocisci. Istud tamẽ nõ est vsuale et est min⁹ for
te. ¶ Positis clisterijs hijs põt poni clistere qð habet vi
mũdificandi et cõsolidandi.iiij. Viatici ca.allegato. ℞
risi lauati supple ĩ aq̃ arnoglosse balaustia rosꝫ.mirti co-
pulaꝝ glandiũ ana.ʒ.ß.coquãt in.iiij.lib.aq̃ vsq3 dũ re-
deat ad.ʒ.j.et colentur et auferent.ʒ.v. ita vt remane-
ant.vij.deinde adde trociscoꝝ de arsenico a.ʒ.j.vsq3 ad
ij.scðm q̃ virtus infirmi pati poterit et scðm albedinez
exeuntis rei. Et si illud qð exierit fuerit sanguis ⁊ neces
se sit hoc extergefieri iũgamus succi arnoglosse.ʒ.iij.⁊
si augeat putredo vlceꝝ ⁊ sanies oportet accipi arseni-
ci.ʒ.iij.trociscoꝝ arsenici ⁊ risi.ʒ.ij.⁊ vitellũ vni⁹ oui ⁊
olei rosꝫ.ʒ.j.⁊ ex sapa.ʒ.ß. ¶ Aliud clistere fieri põt post
mũdificationẽ cui⁹ descriptio. ℞.sumac.ʒ.ij.risi torre-
facti.ʒ.j.amili.ʒ.j.ß.trocisc⁊ de terra sigillata.ʒ.ij.succi
plãtaginis succi moroꝝ ĩmaturorũ succi barbe yrcine.
succi sorbaꝝ succi portulace ana.ʒ.j.succi burse pasto-
ris succi gallaꝝ recẽtiũ ana.ʒ.ß.bulliant ĩ aqua extin-
ctionis calibis ad cõsũptionẽ duaꝝ ptiũ deĩde coletur

postea. ℞. vitellorũ ouorum assatorꝝ siue elixatorũ abie
ctis corticibus ĩ aq̃ plãtaginis. ij. nũero: deinde. ℞. olei
mirtini. ℥. ß. misce oĩaꝫ fac clistere. ¶ Itẽ põit clistere ali
ud descp̃tiõe cõpleta. Me. cui⁹ descp̃tio ℞. succi oliuarꝝ
imaturarꝝ mori imaturi quantitatꝫ ꝛ fac clistere. ¶ Ali-
ud scd̃ꝫ ad eundẽ. ℞. boli ar. ordei excorticati ꝛ torrefa
cti. sanguis draco. ceruse ana. ℈. iiij. rosa. papiri cõbu-
ste acacie ana. ʒ. iij. gũi ara. dragagãti maluauisci añ.
ʒ. j. succi portulace succi plãtaginis vitellorꝝ ouorũ olei
rosa. ana. ℥. j. ß. puluerizenꝫ et iponãꝫ clisteri. ¶ Itẽ põt
fieri hoc clistere post mũdificationẽ cõstrictiuũꝫ cõpe-
scens sanguis fluxũ et cõsolidationi cõferens. Cui⁹ de
scriptio ℞. ypericõ tapsi barbassi foliorũ querc⁹ glãdi-
um ꝛ copularꝝ suarꝝ gall'. ana. q̃rtã. M. j. corticũ papa-
ueris. M. j. rosa. balaustia. corticũ granatorũ añ. ʒ. iij.
anthere. ʒ. ij. arilũ vuarꝝ. ʒ. j. ß. racemorꝝ nucleorũ ꝛ cor-
ticũ vuarꝝ ana. ʒ. j. ß. se. citoniorũ. se. pirorꝝ sorbarũ ma-
turarũ nespulorũ acacie plãtaginis burse pastoris ana.
t̃tiã ptẽ. M. j. bulliãt in lib. ij. aq̃ cisterne ad cõsũptio-
nem medietatis. Deinde coleꝫ. Postea. ℞. nucleorũ mi
rabol'. nucleorꝝ dactilorũ ossis de corde ceruivel cornu
cerui ana. ʒ. ij. pulnerizatorꝝ subtiliꝫ et correctorũ troci
scorꝝ de carabe. ʒ. j. amili farinevolatil' boliarmeni añ.
℈. ij. vitella ouorũ duorũꝫ elixatorꝝ in agresta. ij. nũero.
olei rosa. adipis renũ caprarꝝ añ. ℥. j. fiat clistere ¶ Post
colaturam. Si vis facere calidi⁹ adde nucis cypssi aut
florũ camomille aut spicã vel fiꝫe. ¶ Itẽ puluerẽ quen-
dam ordinat Viatic⁹ loco allegato q̃ põt desup poni ĩ
clisteri ꝛ valet ad excoriationẽ factam ex colera rubea
acuta ꝛ ad egestionẽ sanguis et dolorẽ et pondus ꝛ tor
turam. Cuius descriptio. ℞. boli ar. ʒ. vj. gũmi arabici.
se. portulace se. mirti añ. ʒ. iij. acacie. ℥. j. ß. fac puluereꝫ
cũ oleo rosa. deĩde mitte. ʒ. iiij. ß. psillij assati. ʒ. ij. pone ĩ
clisteri. Et si dissinteria foret ex humorib⁹ flegmaticis
possum⁹ inijcere clisteri nasturcij assati ꝛ nucis cypressi
ana. ʒ. ij. ¶ Si ṽo esset de flegmate salso tunc miscere

possum⁹ sandaracā thus myrrā crocū cuꝫ alijs frigidis stipticātib⁹ ꝛ ꝯstringētib⁹. Si ꝟo esset dissinteria melā colica tūc fieri pñt clisteria declinātia ad calidū in qui bus ponaꝶ anisū ciminū coriandrū torrefactorū. Cliste re tamē pōt fieri quoddā ex reb⁹ sedātib⁹ dolorē. ꝛ con glutinātibus qd̄ ex p̄dictis hr̄i pōt: ꝛ p te collige ¶ Glu tinatiuū bonū est dragagātū assū ¶ Itē alia multa q̄ col lige. xvj. iij. loco allegato. Si ꝟo ꝯtigerit excoriatio in testinorū ex fece dura tūc regimē est ex parte aeris ad humidū declinās. Scd̄o ex cibis lenificātib⁹ et exponi iuris galline pīguis. Itē sumere ī p̄ncipio cibatiōis vi tella ouoꝝ tremētia ꝛ cōedere pruna bñ matura aut fi cus bñ maturos vel cerasa aut silia. ¶ Itē pot⁹ sit vinū ad dulcedinē declinans. ¶ Si ꝟo repugnet calor sit aq̄ zuccarata vel simpl'r cocta ī q̄ fundaꝶ zuccarū violatū vel iulep violatū vel zuccharū rosatū nouū. Uel aq̄ in qua fundaꝶ iulep sublimatiōis cucurbite vitet motū ni miū ꝛ inanitionē nimiam ꝛ accidētia aīe. Itē ex medi cinis capere potest hāc decoctionē. ℞. prunoꝝ. ℥. ß. vua rum passulaꝝ bñ pinguiū. ℥. ß. liquiritie. ℥. iij. fiat deco ctio in aq̄ post colaturā dissolue māne cassie ana. ℥. vj. zucchari. ℥. j. da in potu. Itē cōuenit ī isto casu aqua pī guis decoctionis cauliū aut mercurial' cū carnibus et sunt caules cocti leuissima decoctione p̄ma. Itē conue nit decoctio spinachie sil' ꝛ cucurbite. Et si ista eēnt ni mis frigida potes addere aromatica. Itē cōuenit de coctio portulace. ¶ Per inferi⁹ ꝟo est fiendū clistere et p̄mo si esset aq̄ decoctionis viol'. ponēdo modicū sal' vl' pōt facere clistere ex brodio pīguis gallīe solū aut oleo viol'. Itē potes facere clistere ex lenietib⁹ vt ex decoctio ne herbarū faciendo ip̄m valde pingue vt. ℞. matrum viol'. ꝛ maluaꝝ ana. M. ß. radicū malue altee añ. q̄rtaꝫ M. j. fiat decoctio ī aq̄ colata dissolue olei viol'. ℥. j. adi pis vaccini. ℥. vj. salis cōis. ℥. j. potes ponere oleuꝫ ami gdalaꝝ dulciū aut sisaminū ꝛ fac clistere. Aut oleū lilio rū alboꝝ ꝛ similia: ꝛ sic facta lenificatiōe non irritetur

virtus ad expellēdū potes acuere clistere ponēdo plus salis. aut ponēdo sal gēme aut yerā aut benedictā au electuariū de succo ros. aut diagredij aut alterius filis virtutē expulsiuā incitātis. Si vo causa fluxus esset debilitas cōtētiue intestinorum pcede sicut dictū est i regimine vomit⁹ ꝛ lubricitatis stomachi cū interioribus aut exterioribus.

Capitulū de tenasmone.



Expedito regimine excoriationis nunc dicendū de tenasmone. erit g̃ regimen duplex in gñali scdm q tenasmō est duplex. s. verus ꝛ mendosus vt ptz. xvj. iij. Mendosus tenasmon vt habet ibidez fit ex sicca fece retēta i ano. Uerus fit a causis corporalib⁹ et magis interioribus. Uel regimē tenasmonis diuidere possumus scdm generalē diuisionē causaꝝ q2 sunt pmitiue vl' corporee Regimē tenasmonis a causis pmitiuis distingui pōt scdm eaꝝ distinctionē nā aliqñ causa est reliqa medicine remanēs circa extremitates ani. aut mala cōplexio calida cui⁹ regimē est p clistere lauans ꝛ abstergens vt ℞. ordei. ℥. xvj. vitella ouoꝝ recentiū. ij. numero zuccariru. ℥. j. Et si remāserint ibi hūores colerici ibibiti causantes ibi malā cōplexionē calidā adde oleū viol'. Et si timueris excoriationē ꝛ mordicationē liqr̃. ℥. j. adipis renū capre ꝛ infunde aq̃ frigide. deinde collige ꝛ ipone clisteri. Et si remāserit sola mala cōplexio calida pone in clisteri oleū rosaꝝ vigorās oē laxatiuū. ¶ Itē potes infundere spongiā in aquam decoctionis rosa. aut mirti. Itē cape. ttio. ℥. j. oleo rosa. ꝛ. ℥. ß. pdicti adipis ꝛ simul liquida ꝛ tepida. Deinde habe pennā cū pil' suis ꝛ cū eadē leniter vnge. Si vo cōtigerit tenasmō pp̄ter acuitatē clisteris aut suppositorij fac etiā vt dictū est de clisterizatione ꝛ sectione i dicta aq̃ vel etiā pōt pcepta mūdificatiōe ꝛ timore excoriatōis facere suppositoriū cū adipe pdicto coagulato ꝛ i forma suppositorij reda-

cto. Silr si ꝯtigisset tenasmō ꝓpter introitū cimicis in extremitatē ani vt desideraret frequēter expellere fiat etiā abstergēs vt dictū est. ¶ Similiter si cōtingeret ꝓpter cibos acutos aut salsos fiat ꝑ acutū clistere ex aq̄ ordei et oleo viola. ¶ Si vo ex salitis aut viscosis tūc fiat clistere ex magis abstergentib⁹ ponēdo mel rosa. cū aq̄ ordei aut cū aqua mellis vt tangeꝰ in similibus. ¶ Si vo cōtingat tenasmō ꝓpꝰ frigus extrinsecū debilitans ꝛ laxans anū regaꝰ tūc ex ꝑte aeris ꝛ alioꝝ non naturaliū vt ad calorē declinet aliqualiꝰ aut saltē non declinet ad frigus ¶ Itē scdo ꝑ debitā texturā corporis et potissime ꝑtiū inferiorū vt natū ani aut testiculoꝝ coxaꝝ et pedū ꝛ cruriū nā oīum harū partiū infrigidatio est cā infrigidatiōis ani. ¶ Scdo regaꝰ expulsis fecibus ani si fuerit necesse expellere illas siue educere fiat clistere cum oleo calido oliuaꝝ maturaꝝ aut cū oleo sisamino aut camomillino aut anetino ꝯm intentionē frigoris aut fiāt decoctiones rerū calidaꝝ vt camomille vel aneti vel anisi vel cinami in q̄bus ponātur etiā olea calida. ¶ Itē rege eū cū sessionibus in aquis calidis ex p̄habitis rebus. ¶ Itē cū sacculis tentis sub ano sicut ex p̄dictis rebus. ¶ Itē ex applicatiōe ani ad ventrē catuli. ¶ Itē ex euaporationib⁹ ex decoctiōe camomille aneti melliloti ꝛ siliꝰ aut habeaꝰ scānū ꝑforatū circūcirca coopertū sub quo ponaꝰ vas in q̊ sit dicta decoctio aut sumaꝰ spōgia vel filtrū calefactū in dicta decoctione sufficiēter expressa q̄ apponaꝰ ano. Aut sumatur oleū anetinū vel camomillinū vt ℞. olei camomilli olei anetini piguedinis galline recētis ana. ℥. ß. croci. ℈. ß. cere modicū et fiat vnguentū molle ꝛ inūgatur. Aut etiā sumaꝰ filū īmediate exiccatū ex ꝯdiderio nō nimij caloris tamē ano apponaꝰ. Aut habeaꝰ vas plūbeum in quo ponaꝰ aq̄ decoctionis camomille floꝝ feni. ꝛ dictū vas cū calore eius supponaꝰ ano. Aut ingrediatur stufā siccā a dorso īfra aut calefiat asser nucis aut quercus aut cyp̄ssi ꝛ inūgaꝰ ex adipe capre aut oleo anetino

⁊ apertis coxis sedeat sup̄ dicto assere inuncto ante p̄cedēte mūdificatiōe: ponātur vētose sine scarificatiōe due circa extremitates natū. Si ꝟo tenasmō cōtigerit ꝓpter duriciē rei sup̄ qua sedeat eq̄tando vel nō eq̄tando vt cōplexio q̄dā et q̄si cōtusio sit facta imp̄ssio: tunc erit regimē ꝑ determinata mollificantia ⁊ cōfortantia mēbrū: tn̄ p̄mo sedeat super re molli vel puluinar siue guanciali de pluma. deinde cōpetet spōgia decoctiōis camomille aut melliloti vł aneti. Eodē modo vnguētū factū ex oleo camillino ⁊ anetino cū adipe gallino vel anatis. Uel possum⁹ ordinare vnguētū sicut. ℞. olei camomillini olei de spica adipe galline an̄ ℥. ß. bdellij. ʒ. j. dissoluat̄ bdelliū in aqua decoctionis camomille et fiat vnguētū cū quo inunge: aut cape pānū lineū ⁊ infun de oleo camomillino calido nec inunge partē inferiorē extremā sed aliq̄liter supra vt circa finem caude.



Egimē p̄ncipale secūdū est tenasmōis ꝓueniētis a causa corporea: q̄d diuidi pōt vt ē dictū i tenasmonē nō verū causatū ex fece sicca retēta cū cinere irritāte virtutē ad expellendū vt aliq̄n abradēte itestina⁊ lȝ regimē ei⁹ sit aliq̄lit̄ tactū. Nūc tn̄ replico. Et p̄mo apparēte signo frigiditatꝭ ꝯueniūt clisteria ex reb⁹ calidis mollificatiua tn̄ vt clistere factū ex brodio pulli antiq̄ bn̄ pigui cū modico sał posito i eodē oleo anetivel de spica ⁊ posite aliquātulū piguedis anatꝭ. Itē si ꝑpt̄ clistere illud nō exiuerit feces tūc vltra ista olea acuat̄ clistere cū sał gēma aut cū tartaro siue fece vini acuti vel maluatici aut crete ponēdo in clisteri aliq̄d acutū vt p̄misi. ¶ Itē cōfert clistere factū ex decoctione radicū ⁊ seminū altee ⁊ similia. Itē ꝑ os etiā sumātur mollificatiua fecum vt ius galline pinguis cū modico zucchàro vt dixi. Itē ius leuis decoctiōis cauliū cū decoctiōe carniū piguiū aut ius pingue decoctionis carniū. ⁊ dare docet etiam Auic. in isto casu si materia sit grossa pillulas de bdel-

lio aut gluten albotim in potu et talia non sunt in vsu. ¶ Si vero sint sig caloris fiat scdm qd dictu e. ¶ Prio de clisterib ex decoctioib matr viol. et viol. aut malue aut spinachie cu oleis viol aut amigdalar dulciu meli est tame violatu: forti vero nenufarinu. Ite pot poni in clisteri adeps galline. ¶ Ite capere pot p os decoctionez spinachie cu pullo aut cu alijs carnibus. ¶ Si vero ca tenasmonis sit apostema calidu tunc regime in duo vertitur. ¶ Primo in regie reru no naturaliu ¶ Scdo in regimine p medicinalia magis ¶ Primu copletur per debiti aeris applicatione declinante ad frigidu. ¶ Scdo per paucitate cibi et potus defacili digestibiliu paucaru supfluitatum no stipticoru sicut ptisana ordei i brodio pulli aut panis coctus in brodio pulli contusuz pulli aut pdicu aut similiu. Vinu vero sit albu subtile aut aqua ordei vel zucchari vel aqua cu iuleb rosa. vel viola. Item non obstante febre conueniunt vitella ouor. Ite pisces petrini eliri. carnes alie grosse vitent. ¶ Tertiu pro quo videtur inanitionem siue abstinentiam in isto casu conuenire et vitandum esse repletionem. Itez venter teneatur mundus a fecibus quantum ad illud conueniunt quies. ad illud somnus couenit. Ad accidetia anime dicit omnia esse vitanda intensa agitantia materia. De coitu etia vitadus est. ¶ Secudu expediendu pro quo videduz an apostema sit pvia defluxus vel paulatine congestionis. ¶ Pro quo videndu est an materia fluat an fluxa sit ex toto. ¶ Si pmo modo videndu an fluat et si sit repletio in toto. ¶ Primo debite mundatis intestinis a fecibus materia existente sanguinea vel peccante cum sanguine fiat flobotomia: non existente alia differentia de basilica dextra. Et sit quantitas sanguinis extrahendi fm repletionem et tenorem virtutis. Aut si sit epar specialiter mittens sanguinem existente magna repletione de vena nigra. ¶ Si minor de basilica eiusdem partis. ¶ Similiter si splen foret in causa multum replente de basilica sinistra aut

nigra finistre partis fiat flobotomia copiosa tamē mittente epate. Aut si retentio menstruoꝝ aut emorroydarum foret in causa tamē simili materia dominãte cōsimilē ex p̄habitis faciam⁹ flobotomiã aut si aliqua euacuatio a sanguine vndiqꝫ restauerit flobotomanduꝫ de vena cōi saltē cōiter aspiciente partes supiores et inferiores. ¶ Itē diuersiones alie a cōtrario fiende sunt postea mēbra mittētia rectificãda sunt cū interioribus frigidis ⁊ exterioribus pluries tactis ex cibis et potibus alteratiuis et declinãtibus ad frigidū ⁊ aliqualit̄ ad siccū peccãte sanguine. ¶ Si v̄o esset apostema pure colericū nec peccaret sanguis attēde ad minorationem colere vomitu aut cū medicina solutiua vētris facta ex infusione mirabol'. aut reubarbari: p̄missa tamē lenificatione ventris a fecibus. Deinde confortet̄ mēbrum mittens et regatur vt tactum est.

Capitulum de vnctionibus in fluxibus et tenasmone.



Expedito igitur regimine fluxus ex parte mittentiū partiū partes etiam intermedias debem⁹ regere cōfortãdo cū inūctionib⁹ aliqualit̄ frigidis et stipticis vt oleo rosa. ⁊c. ¶ Item poteris nō solū circa epar ⁊ splenem facere inūctiones aut embrocatiōes aut emplastra ex p̄dictis sed etiã circa vmbilicū. ¶ Tamē vnū cōueniēs tangit Auic. vt infundat̄ filtrū aq̄ mirti ⁊ rosaꝝ ⁊ alcãne vel fiat hoc ℞. balaustia. roſ. mēte ana. M. ſ. bulliãt in aq̄ pluuiali lb. ij. vsqꝫ ad cōsumptionē medietatis. deinde infundat̄ filtrū ī dicta aq̄. Itē fiat clistere ex Auic. et ex aq̄ ordei. ⁊ aq̄ rosa. vt ℞. aque ordei. ℥. x. aq̄ rosa. ℥. ij. aq̄ solatri olei rosaꝝ añ. ℥. j. albumē vni⁹ oui misce ⁊ fiat clistere ãt fac clistere ex solo oleo roſ. vl' mirtio. Aut ℞ aq̄ decoctōis plãtaginis. ℥. x. aq̄ decoctionis lãbrusce balaustiaꝝ añ. ℥. iij. olei mirtini. ℥. ij. albumen vnius oui. ⁊ fac clistere.

Aut fac ex solo oleo ros. aut mirtino. ¶ Item sumatur adeps renũ capre et infundatur pluries in aqua vehemẽ ter frigida: vel i aqua ros. vel plãtaginis. Deinde ex adi pe coagulato fac ad modũ suppositorij ꝛ suppone. ¶ Si vo cessauerit fluxus materie ad locũ ꝛ iã apostema fue rit in augmẽto: dico fluxus notabilis vt iam sit materia notabilit fluxa siue sit genita p paulatiuã cõgestionem tũc cõmisceantur frigidis aliqlit calida vnde poterit fie ri hoc clistere. ℞. ros. M. j. floꝝ camomille. M. ß. aut floꝝ melliloti ol'i. ℥. j. ouũ vnũ cũ albumie ꝛ vitello: aut fi at clistere cũ oleo oliuarũ bene maturarũ: ꝛ cum oleo a migdalino dulci ꝛ cum adipe renũ caprarũ ꝛ oleo mir tino ita vt frigida stiptica superãt p totuꝫ aggregatum Adueniẽte vo statu misceãtur aliqualit calida cũ frigi dis ꝛ pones aliqliter de camomilla vel melliloto ꝛ ros. Dum aũt pcedit stat⁹ poteris habere resolutiua sola vt emplastrũ de melliloto aut fenugreco aut caulib⁹ deco ctis vt tangit Auic. pñti capitulo. Aut põt fieri clistere ex decoctione soli⁹ melliloti aut camomille cũ oleo dul ci oliuarũ maturatarũ aut amigdalarũ dulciũ. Et si fue rit necessariũ forti⁹ assentur cepe albi sub cinerib⁹ ꝛ de eo ponatur cũ emplastro. Aut sumatur parum bdellij vt. ʒ. j. ꝛ dissoluatur in aqua decoctiõis melliloti ꝛ apponatur em plastro apponendo ano. Aut. ℞. olei camomillini. ℥. ij. bdellij dissoluti vt est dictũ. ʒ. j. adipis renũ capre. ℥. ß. li quetur adeps in oleo. deinde. ℞. vnũ vitellum oui ꝛ cũ di ctis oleis ꝛ modico cere liquate tepide fiat vnguentũ molle ꝛ applicetur vt dictum est. ¶ Pro mitigatione vo doloris ꝛ flegmate apostemato docet Auicen. fieri lini mẽtũ quod est. ℞. plũbi vsti lauati cũ aqua ros. aut plã taginis. ʒ. ij. ceruse plũbi pparate siue lauate cum aqua dissolutionis oppoponaci merdasengi siue litargiri añ ℥. j. misce cũ vitello oui ꝛ oleo ros. ꝛ line quãtomagis po tes versus locũ doloris. Aut infunde pẽnã in oleo ros. Vel fac emplastrum ex farina ordei ꝛ albumine oui et oleo ros. pro mitigatione doloris ꝛ circa principiũ ad

de vitellum oui. Sit ergo hic ordo medicaminũ vt primo lenificemus ventrem et mũdificem⁹ a fecib⁹ cũ clisteri aut p superi⁹ et hanc mũdificationē fecũ seruem⁹ p totam curam. deinde trãseam⁹ vt dictũ est. Et si contigerit sanari apostema aut rumpi attendat abstergētibus et mũdificãtib⁹ vlcera intestinorũ et generantib⁹ carnē vel incarnãtibus vt locis suis vidēda sunt et partim colligenda sunt ex dictis pluries dũ i regimine fluxus p medicinas plura ex Mesue tacta sunt. Si vero tenasmon puenit ppter apostema flegmaticũ diuide silr regimen in regimine nõ naturaliũ et in regimie magis medicinaliũ. Pro primo declinãdo regimen ad magis calida et exiccãtia siue in summo ad paucificãtia flegma que suis locis colligēda sunt saluo q̄ nec hic puenit mot⁹ pgressiu⁹ sed quies. Si vero tenasmon prouēit ppter apostema durũ rege tũc cũ regimie apostematuũ durorũ qd diffuse sumit tertia quarti ꝛ remedia fortia habes ꝛ plura numero in. iij. Cõtinēt. Pro regēdo tñ tenasmonē nũc ordina pmo rex nõ naturaliũ regimen vt vitent multiplicãtia humorem melãcolicũ vt stet in aere calido. Et vtat cibis ꝛ potib⁹ facilis digestionis ꝛ boni chimi. Unde et carnib⁹ cõueniunt pulli elixi potius et brodialia declinãtia ad pīguedinem. Utatur vino albo ꝛ subtili ꝛ vitellis ouoꝝ. Piscib⁹ et similib⁹ que perte collige ꝛ aliud regimē p te collige. ¶ Secundum vero regimen medicinale magis diuidi potest in meliorationem corporis aut membri singularis. Si fuerit peccans immittendo materiam intestinis modo prehabito ꝛ in adhibēdo regimen particulare patienti. ¶ Pro secundo videndum an hoc apostema inchoauerit an genitum sit ex sequenti: ꝛ si duricies magis causata sit per viam congelationis sicut plurimum est sit intentio mollificare cum medicinis calidis ꝛ modicissime exiccantibus vnde facere poterimus vnguentum seu linitionem quam ponit Auicenna. xvj. iij. tractatu. ij. de tenasmone: vt sit descriptio, ℞. bdellij. ʒ. iij. croci. ℈. j. al-

canne.ʒ.j.sinapi.ʒ.ß.viol.citrine.℈.iiij.ceruse plumbi.
ʒ.j.terantur omnia subtilissime:deinde.℞.adipis gal-
line ⁊ anatis medulle cruris vituli ana .ʒ.ß.misce om-
nia inuicem tepida ⁊ cum pecia lini a parte dolente aui
Secundo potest fieri aliud.℞.bdellij masticis.ʒ.ß.dis-
solue in aqua decoctionis maiorane.Deinde.℞.olei si
samini vel amigdalarum dulcium ⁊ inuicem misce bdel
lium masticem et oleum et cum cera fiat vnguentum et
line modo dicto.Aut cape cotum et fac ad modum sup
positorij et inunge cotum cum isto vnguento.¶Aut ca-
pe butirum recens et adipem anatis non salitum ⁊ ali
qua et vnge modo dicto.Aut fac licinium hoc.℞.bdel-
lij masticis.ʒ.ij.laudani licij.ana.ʒ.j.dissolue in aqua
decoctionis maiorane.¶Deinde fac licinium cum filo
ita ꝙ pars fili maneat extra anum.Et sit licinium lon-
gum aut breue ſm situm loci patientis.¶Item si ex so
lo adipe caprarum fiat ad modum suppositorij et impo
natur ano et confert.¶Item fiat hoc clistere.℞.mal-
ue radicum altee maiorane ana.M.ß.coquantur in vi
no dulci lib.ij.ad consumptionem medietatis. Postea
coletur post.℞.adipis galline anatis olei amigdalarū
dulcium butiri recentis ana.ʒ.j.⁊ fiat clistere sine sale.
Et si velis linire ventrem adde cassie.ʒ.ß.et tene sem-
per menti vt intestina sint munda a fecibus nec dimit-
te feces exiccare.¶Item potest fieri sessio in huiusmo
di decoctione tenēdo coxas apertas vt aperto ano me
dicamen melius attingat patientem locum cuius de-
scriptio.℞.malue altee ana.Manipulum ß.caulium.
M.j.maiorane quartam.M.j.fiat decoctio in aqua
pluuiali in qua sedeat patiens.Et post hanc sessionem
fiat vnctio dicta.¶Item ex dictis rebus habitis etiam
fenugreci et seminis lini potest fieri euaporatio quam
infirmus super scamno sedens perforato ad anum re-
cipere poterit.¶Si vero tenasmon proueniat propter
coleram imbibitam nimia subtilitate peccāte regie hu-
ius ēt diuidi poterit ĩ nō naturaliū rerū ⁊ medicinaliū.

¶ Pro primo vitando aerē calidū et eligēdo cibū de
clinantē ad frigidū. Unde vtatꝛ carnib⁹ pullinis corre
ctis cū agresta aut cū alio simili noto. Conueniūt etiaꝫ
gelatine ⁊ siſ'ia infrigidātia ⁊ ingrossantia vt lentes et
panicū. ¶ Itē paruū vinū aliqualr nigrū ad stipticū de
clinans. Et viteꝛ motus. Itē nō augeatꝛ motus: non re
pleatur: nec nimis inaniatꝛ vitentꝛ accidētia aīe. Exces
siua et coitus. ¶ Quantū ad scdm videndū vtrū hec co
lera sit in fluxu vel p̄cise fluxa. ¶ Pro p̄mo intēde ad di
gerendū ⁊ euacuandū ⁊ rectificandū mēbrū mittēs si qd
fuerit. Et tu iam habuisti regimē quantū ad fluxā ma
teriā intendēs euacuādo et alterādo cū clisteri lauati
uo p̄mo facto ex aq̄ ordei ⁊ decoctiōis viol. ⁊ oleo viol.
et modico zucchari ru. et vita sal inquantū potes. ¶ Et
erit hoc clistere lauās ⁊ remittēs acuitatem colere nec
stipticādo ⁊ ip̄am ībibēs in ītestinis. Post ista vo leuē
lotionē nō esset īcōueniens hoc clistere sequi. ℞. aque
ordei. ℥. xvj. olei rosꝫ. ℥. iij. vitelli oui aliqualr duri disso
luti in oleo mirtino. ℥. j. adipis renū caprarū. ℥. ß. misce
et fac clistere. ¶ Et si mala cōplexio calida esset in loco
posses addere olea frigidiora vt nenufarinū aut man
dragore vel papaueris vel aquā sublimatiōis vt rosa.
vel nenuf. aut solatri. Itē poterit infirm⁹ sedere in de
coctione rosa. viol. mirti ⁊ similiū. Et pōt fieri additio
frigidoꝝ vt est tactū. ¶ Itē potest epithimari anus cū
dicta decoctione aut recipi fumus. ¶ Silr pōt fieri in
unctio vbi esset vehemens caliditas cū ceroto infrigi
dante Ga. vel populeon. Uel fiat ista lenis linitio post
clisterizationē ⁊ eductionē materie. ℞. olei rosa. loti. ī
aqua nenufaꝝ. ℥. j. olei nenufaꝝ. pinguedinis galline
recētis nō salite lote in aq̄ frigida pluries ana. ℥. ß. cere
albe quātū sufficit fiat vnguētū molle. Aut etiā adeps
renū capraꝝ lotus cū aq̄ nenufaꝝ ad modū licinij ipo
natur. ¶ Si autē colera dicta vulnerauerit siue exco
riauerit ītestina tūc trāsit ad curā ꝓ excoriatione dictā
¶ Deīde facta mūdificatione si valde doluerit infirm⁹

nec dormire posset vt frequēter cogat surgere ad sellā pōt fieri liciniū qd describit Raſ.ix.almansoris.ca.de dissinteria vbi dicit. Si eger vehemēter patiat tenasmonē et sepe vadit ad sellā et tñ nil egredit illud collirium subijciat vel liciniū cū filo exteriori vt est tactum cuius descriptio. ℞.thuris licij gūi ara.ana.ʒ.j.formēt collíria ⁊ supponātur ⁊ p infirmo hoc est vltimū colliri um. Tuti⁹ est minorare dosiz opij ⁊ ponamus a.℈.j.vsqz ad duos aut ponamus iusquiamū loco opij. Aut si intē tio foret cōsolidare aut puocare somnū possum⁹ vti licinio michael. cui⁹ descriptio. ℞.sanguis dra.boli.ar. ceruse ablute cū aq̄ ro.ana.ʒ.ij masticis.ʒ.ß.opij iusq̄ami croci corticū granator ana.℈.j.tere terēda et cū vino stiptico aut simili fiat liciniū ī forma dicta. Aut. ℞. trociscor de carabe licij ana.ʒ.ij. cōterant subtiliter et cū oleo nenufarino fiat vnguentū. ¶ Si vo tenasmon fiat a flegmate salso tūc p̄supposito regīe rer nō naturaliū ⁊ nutrientiū ad localia venientiū. Et pmo eductꝫ fecibus fiat hoc clistere. ℞.furfuris.M.j.ordei.M.j. ß.siue ordei.M.j.furfuris.M.ß.fiat decoctio in aqua in qua dissolue mell.roſ.ʒ.j.ß.zucchari ru.olei roſ.añ. ʒ.j.misce et fac clistere. Et post mūdificationē fiat hoc liciniū ad sedandū dolorē ⁊ somnū puocandū. ℞.mirre thuris masticis boli ar.terre sigillate.ypoq̄stidos añ. ʒ.j.licij.℈.iiij.croci.℈.j.opij.℈.ß.fiat liciniū. Et si sit expediēs mollificari ⁊ humectari ista fiant cū vino dulci. ¶ Si vo humor est putrefact⁹ ex colera ⁊ flegmate aut sit flegma viscosū docet Auic.facere clistere ex media lib.aq̄ oliuar salitar cōditar. Credo tñ q mordicaret nimis aut fiat clestere ſm ipm qd est hoc. ℞. foliorum sicle viol.ana.M.ß.turbith.ʒ.ij.pulurizent et infundant decoctioni dictor ⁊ debite misceat olei camomil. et adipis caprar ana.ʒ.j. ¶ Aut. ℞.mirti folior camomille ordei corticū siseleor ana.M.ß.bulliant in vino albo nō acri ad cōsumptionē tertie ptis. Deinde fiat clistere. Et post mūdificationē pōt fieri colliriū scriptum

ab Auic. vt ℞. castorei. ℈. ß. thuris. ʒ. j. licij laudani añ. ℈. ß. ceruse sanguinis draconis. añ. ℈. j. pulverizentur omnia ⁊ cum vino vel alio liquido fiant licinia vel colliria. Et si foret magna abundantia flegmatis vt tangit Auicenna presupposita digestione dicta ⁊ dicēda confert sumere pillulas fetidas quas vide descriptiōe Me sue ⁊ attēde maxie descriptōi scōe ⁊ pill'arꝝ fetidarꝝ mio ruz quarꝝ dosis sit. a. ℈. ß. vsqꝫ ad. ʒ. j. ¶ Si vero contingit tenasimon ab vlceribus ⁊ corrosione fiat clistere cum aqua mellis aut cum aqua decoctionis mellis rof. aut cū vino pdicto decoctionis rosarꝝ Et si esset mag' putrefactio sit vinum albū acutū aromaticū Et si ifirmus posset sufferre licet fetidum appareat conueniret clistere ex vrina iuuenis masculini mane micta. ¶ Item ad mūdificandum vlcera conueniunt aliqua vnguenta descriptione prima premisso regimine vniuersali de quo dictum est pluries. Et semper presupposita mūdificatiōe fec' ⁊ eductiōe vlceratiōe existente ex admixta colera ⁊ flegmate salso valet hoc vnguentum de cerusa. Cui' hec est descriptio. ℞. ceruse merdasengi siue litargiri ana. ʒ. vj. plumbi vsti scorie argenti ana. ʒ. iiij. masticis thuris añ. ʒ. ij. ß. olei rosati aceti vini albi si patiens sufferre poterit. ¶ Aut si vis melius loco aceti pone vinuz quantum sufficit ad bene incorporandum ista terantur subtilissime in mortario ⁊ ponatur prius de oleo rosato. ⁊ cuz pistello misceatur deinde infundatur vinum ⁊ tantum cum pistello ducat vsqꝫquo veniat ad vnam pinguez ⁊ mollem formam. Et si volueris plus siccare ⁊ putrefactionem prohibere adde aloes mirre añ. ʒ. j. ⁊ iterato misce addendo si expedierit de oleo rosato ⁊ redige in predictam formam. Et de isto in clisteri ponere potes aut potes intingere licinium ex predicto vnguento. Aut accipe aloes ⁊ mirre. ana. ʒ. ij. tere subtilissime ⁊ cum succo absinthij aut plantaginis ista incorpora. Et de isto potes ponere in clisteri aut intingere tentaz ⁊ multa alia ide collige sicut illud cuius epithima. Un-

guentum nobile relatum ad nicodemum cuius descri-
ptio. ℞. mirre aloes sarcocolle. añ. ʒ. j. mellis dispuma-
ti. ʒ. vj. vini boni albi quia aromatici ⁊ acuti quantum
sufficit ad debite incorporandum coquantur ista mix-
ta facilime quousq₃ inspissentur vt patet supra ⁊ breui-
ter cura istius est cura vlcerum intestinorum. ¶ Si ve-
ro contigerit tenasmon propter ventositatē multam
nō existente febre nec apparētibus signis caloris. Et
ita materia existente frigida presuppositis regimini-
bus vniuersalibus conueniunt trocisci descriptiōe Ra
sis in. ix. cuius littera. Trocisci ad tenasmonem q̇ dādi
sunt cum caloris absentia et non sit ventositas ⁊ soni-
tus quorū hec est descriptio. ℞. seminis iusquiami al-
bi anisi feniculi. añ. ʒ. j. ameos. ʒ. ij. ß. opij. ℈. iij. securius
est ponere a. ℈. ß. vsq₃ ad. j. semen apij. ʒ. x. fiant trocisci
cū succo plātaginis. quoꝝ dosꝭ sit a. ℈. j. vsq₃ ad. ℈. ij. cū
miua citoniorum. ¶ Itē conuenit confectio de storace
cuius descriptio. ℞. castorei opij azari storacis liqui-
de mirre se. iusquiami nigri. thuris. añ. ʒ. j. mellis quā-
tum sufficit ad horum continuationez. Et sit dosis a. ʒ.
j. vsq₃ ad. ij. Securius tamē est minorare dosim opij vt
ponamus a. ℈. j. vsq₃ ad. ʒ. ß. Si vero sit fluxus calefa-
ctiuus liquefactiuꝰ ⁊ vnc tuosus cuius regimē sumitꝰ in
duo diuidendum est in reruz non naturalium debitam
administrationem: ⁊ in debitā exhibitionē medicinaꝝ
intelligendo hunc fluxū non ex ethica aut ptisi contigē
tem quia huius regimen per illa haberi debet: alterius
ergo q̇modolibet contingente calore regimen explica
bo more solito ab aere inchoans quem in frigida ⁊ fri
gidis aliqualiter aromatiza ad stipticum declinantibꝰ
vt in regimine acutarū dictū est. ¶ Pro secundo simili
ter dicendū cibuz similiter debere declinare ad frigidū
⁊ stipticū vñ primo ex carnibꝰ si egebit cōtuso cōueniet
perdicū aut ꝑdiconū pulloꝝ aut capponū aut pulloꝝ cō
ditoꝝ cū agresta aut berberis aut acetositatis citri aut

vino granatorū et citoniorū aut aliorū succorū vel ro-
bub quorū iā prolixa p̄terijt determinatio. Itē ɔueniūt
gelatine sulcide. Itē spinachia mirtia aut simile aliud.
¶ Ex p̄dictis elicere pōt. Itē ɔueniūt oua tremētia aut
tremētib⁹ aliqualr̄ coctiora in aqua ferrata cocta aut
agresta aut aq̄ rosa. aut alia siſi ad frigidū ꝛ stipticum
aliqualr̄ declinante. ¶ Itē ex granis panicū miliū mo-
re lōbardoꝝ coctū cū carnib⁹. Itē risū coctū modo nar
rato supius. ¶ Itē panis sit azimus aut paucissimi fer-
menti minime saliti de quo tamē modicū comedat aut
aliqñ ex biscocto cape pōt in medio prādij ante tamen
in aliquo liquidoꝝ primo tento. ¶ Ex fructibus citonia
aut pira leniter tamē cocta aut cōdita cū zuccaro albo.
¶ Itē ex potibus cōueniūt aq̄ extinctionis calibis. vi-
nū aliqualr̄ nigrū stipticū modici vigoris. ¶ Ad tertiū
inanitionez vitet ac etiā multā repletionē et si eadē in
tres partes ptita fuerit aut pluries ſm̄ tenorem virtutꝫ
melius erit. ¶ Quantū ad illud dicendū quietē cōueni-
re et motū nō ad illud silr̄ dicendū somnū cōuenire am
pliorē somno sani. Ad accidētia aīe excessiua oīa sunt
vitāda. ¶ Ad secūdū expedito regīe cōuenit in isto casu
iulep infrigidatiuū tēperate tamē cū aliquali declina-
tione ad stipticū. ¶ Itē iulep rosa. iulep aq̄ plāta ginis:
aut iulep coriandri vel mirti recētis et silium. Itē cōue
niunt sirupi ꝑ habiti ex succis frigidis ꝛ stipticis facti.
¶ Itē robub prehabitū. Itē cōuenit electuariū hic ptiꝫ
tactū. ℞. zuccari rosa. ℥. j. dia coralli̅. zuccari buglosati.
zuccari acetoselle ana. ℥. ß. īcorporētur adinuicē et fiat
electuariū. De quo capiat coclear. j. cū. ℥. ß. aq̄ cisterne
dū cōpleta digestione in die sitiet ac nocte ex cōfectio-
nib⁹ diacoralli̅. dictis aut manuschristi cū ꝑlis ɔditis
cū aq̄ rosa. et vino citoniorū aut piroꝝ. Aut aq̄ sublima
tionis eoꝝ. Itē citonia cōdita cū zuccaro aut pira vel
sorbe vel corna. ¶ Itē cōueniūt odoramēta q̄ dicta sunt
sup regīe acutoꝝ. Itē inūctiones stomachi ꝛ ventris q̄
tacte sunt de regīe fluxus ꝑpt̄ medicinā cū signis calo-

ris. ¶ Item epithimetur cor et epar vt dictū est sup re-
gimie acutor. Item renibus fiat inunctio ex vnguento
Galieni frigido de quo dictū est. ¶ Itē spine dorsi fiat
vnctio ex oleo amigdalaruz dulcium ꝛ supple oleo ros.
loto cū aqua plantaginis ros. Itez pōt fieri clistere ex
infrigidātib⁹ declinātib⁹ ad stipticū vt aq̄ decoctionis
ros. plātaginis ꝛ balaust. ꝛ sil'ium colando ꝛ addendo
olei ros. ℥. ij. olei amigdalar dulciū adipis renū capra-
rū ana. ℥. ß. trociscor de terra sigillata. ʒ. ij. vnū albumē
oui misce oīa et fac clistere. Et vbi q̄rimus maiorare i-
frigidationē possum⁹ cape aq̄s sublimationū rosa. plā
taginis ꝛc. Et misce oīa pdicta. ¶ Itē pōt fieri ex oleis
clistere: pn̄t admisceri etiam trocisci alij vt de spodio
descriptione Mesue. vel etiaz pōt fieri talis trociscus
cōstrictiu⁹ descriptione Auic. xvj. iij. trac. ij. de cura flu
xus liq̄factiui. ℞. luti armeni siue boli armeni. ʒ. ij. spo-
dij. ʒ. j. castanear assatar post puluerizatar. ℈. iiij. seis
acetose excorticate aleni berberis siue berberor ana. ʒ
j. rosa. siccar ru. gūi assati siue torrefacti cācror adusto
rū ana. ℈. ij. terātur oīa subtilissime ꝛ fiant trocisci cum
vino citonior et q̄libet sit. ʒ. j. Et in clisteri potes pone-
re. ʒ. iij. vel. iiij. ¶ Itē pn̄t fieri hij trocisci. ℞. se. acetose
torrefacte castanear glandiū torrefactor ana. ʒ. ij. ros.
ru. ʒ. iiij. sumac coriandri sicci ana. ʒ. j. alaude torrefa-
cte in furno ꝛ subtilissime puluerizate. ʒ. j. se. corall'. ter-
re sigillate an̄. ℈. ij. terant̄ subtilissime. Deinde. ℞. mar
garitar smaragdi ana. grana. vj. terat̄ quodlz p se sub
tilissime et cū aq rosar fiāt trocisci pōdere vt dictū est
et maxime sumendi per os.

¶ Sequitur regimē fluxus a spissitudine cutis



Equitur regimē flux⁹ a spissitudine cutis
ex obstructione poror. p quo q̄rere possū
curā effimere ex spissitudine cutis ¶ Pro
pn̄ti tamē dicēdū q͏̄ si spissitudo cutis et
poror ɔstrictio a cā pmitiua, pueniat illa
remoueat̄ ꝛ si se corpi repn̄sentaret sine re

pletōe eiusdē ad localia vēire. Et pmo inchoabim⁹ dedu
ctis fecib⁹ a balneo ex aquis decoctionuʒ abrotani vel
folioꝝ petrosil'. aut paritarie ⁊ fricamus cutē ex pdictꝭ
herbis aut faciam⁹ decoctionem corticū fasialoꝝ ⁊ se-
minū melonū farine fabarū. Itē cū decoctiōe furfurū
aut corticū ordei ⁊ filiuʒ quoꝝ est poros aperire. ¶ Itē
faciam⁹ fricationē cū panno aspero circa extrema quo
usqȝ rubeant. Itē breuiando cibū: cib⁹ sit subtilis chimi
⁊ facilis digestionis. Itē vinū sit subtile album. Itē aq̄
cisterne siue pluuialis distillata. panis sit debite ferme
tatus ⁊ salitus non multū similinus: imo declinans ad
furfurietatē. Itē queremus sudationeʒ cū leui cooper-
tura pannoꝝ. Si vo occurrerit causa pmitiua corpore
repleto tūc sm humoꝝ abundātiā fiat flobothomia sm
variam corporis dispositionē. aut si humor peccaret al
ter a sanguine educ eum cū farmaco pportionato non
querēdo stipticitatē licʒ remota obstructiōe ⁊ repletio-
ne ⁊ adhuc cessante fluxu cum intestina et stomachus
pluries lassa remaneāt. ¶ Post fluxū vo erit inconueni
ens pmittere cibū aliquod stipticās ⁊ cōfortans vt dia
citoniten aut coriandrū siccū ⁊ filia nec etiā erit maluʒ
ante cibū cum aliquo leui stiptico inūgere stomacū: aut
intestina ⁊ epithimare. Si vero spissitudo aut obstruc
tio a cā pmitiua corporea aut ↄsequēte pueniat pus ad
illi⁹ abscisionē attendat p flobotomiā aut solutionē vē
tris pmisso digestiuo deide trāseat ad localia auxilia.

¶ Regimen fluxus opilatiui.



egimen flux⁹ opilatiui p eo quo cū per
opilatiōeʒ itelligim⁹ ī pposito opilatio
nē coartatoriā. De suo nūc regie dice-
m⁹ qd̄ diuidit i duplex regimē i non nā-
liū rex regimē breuiādo. vt aer supple
declinet ad subtiliādū. vt aer sit clarus
debite euētat⁹ ⁊ alia pcollige. ¶ Pro se
cundo regimine menti tene canonem prime .iiij. in cu
ra effimere ex opilatōe q si fuerit repletio sāguinea fiat

flobotomia aut si sit pctm̄ alioꝝ humoꝝ fiat solo vētris et miorata matia trāseas ad aperiendū. Et si matia sit grossa subtiliās ꝛ si viscosa cōuenit incidās a pncipio tamē matia existēte grossa ꝛ viscosa cōueniūt facilius apitiua. Apitiua ꝟo potissimū viaꝝ ꝛ venaꝝ arteriarū colligere potes ex. iiij. iij. tēpate frigida ꝛ calida in api tiōib⁹ cū oppilationib⁹ a materijs frigidis grossis aut viscosis procedentia cōmendat Auic. auctoritate Ga lieni diacolatū dictū supius. Itē tiriaca antiqua est su mēda cū aqua sublimatōis calamenti aut fenuculi aut absinthij vel spagi aut brusci. Et ista sumātur post de bitas euacuationes. ¶ Itē si materie essent frigide siue mixte possunt conuenire multa ex electuarijs tactis vt aromaticū rosatū dscriptōe. Gab. vt plurimū tm̄ iste op pilationes sunt ex rebus frigidis ideo cōpetūt prehabi ta. Et confectio ex cinamomo Me. item diacitoniten piperion eiusdem. Item confectio de seminibus ꝛ mul ta alia que ibi vide. Item conueniunt fricationes an te cibum facte cum panno aspero circa corpus totum et circa dorsum et circa ventrem. ¶ Item post cibum dū comphēdit ipm fore digestū in stomaco vt meli⁹ tra hat ad epar. ¶ Itē mēti tene ptitōnes cibi. Itē bonita tis vini albi fortꝫ ꝛ subtil acuti nō dulcꝫ pauci sumendi post sumptōnē dyacalamēti vl alteri⁹ denominate con fectōis. Deinde sumāt. ʒ. iij. dicti vini: vinū tm̄ vsuale sit albū nō dulce nec acre sed ad acutū potius declinans.

¶ Regimē colerice passionis.



Equit regimē colerice passionis qḋ diuidi pōt ƀm causas ei⁹ q̄ tāgunt. xvj. iij. trac. j. de solutiōe vētris oīm modoꝝ causat aliqñ a cibo corrupto aliqñ a fetidꝫ aliqñ ab hūorib⁹ vt co lericis aut aqͦsis fetidꝫ aut spālr eru ginoƀ aliqñ vōitꝫ ad egestiōez q̄ ē sic lotura carnis recē tis. ¶ Si sit ex corrupto cibo vl ex corruptōe cibi pōt di uidi qr sentit i stōacho grauedo ꝛ nausea vel sentitur

in intestinis punctura vel apparet declinatio cibalis
materie ad inferiora.¶ Itē diuidi pōt sm̄ distinctiōem
colerice passionis in ꝑncipiū augmētuz ⁊ statū accidē
tiuz ⁊ quodlibet tale regimē in alijs tactum est in duo
generalit ⁊ ꝑtiendi in regimē rerꝫ nō naturaliū ⁊ rerꝫ
medicinaliū.¶ Pro primo.de aere dicendum vt Auic.
tangit in ꝑn̄ti.ca.ꝙ nō sit plurimi luminis vt iste irri-
tetur ad somnū. Non sit etiā frigidus ⁊ maxie ī colerica
passione.ꝓpria.qr ī.xvij.iij.tractatu prīo.ca.de colerica
passione est motus materieruz. frigus nanqꝫ vt tangit
Auic.expellit humores ad interiora ⁊ sic supple au-
get fluxum.¶ Ad secūdū.s. potū ⁊ cibum fiat eorum ab
stinentia vsqꝫquo materie corrupte complete educun-
tur semper tolerante virtute. Aut si instante debilita-
te virtutis oportet nos cibare cibo leui vt aqua pulli-
vt stomachum lauet et potet vinum non apparente si-
gno caloris album aut modicum rubeuz non dulce sed
ad acuitatem tendens maxime si habeat magnam pro-
strationem virtutis stomaci. Dulcedo enim qn̄doqꝫ fit
causa ad abhorrendū ⁊ leuitatis ⁊ fluxus ⁊ solutiōis na
ture.xvj.iij.secūdo tractatu.ca.de cura colerice passio-
nis.⁊ alia cibaria ⁊ potus per te collige. Ad aliud ap-
paret inanitionem vitandam esse pro posse quid sit di-
cēdum de euacuatione apparebit in secūdo. Ad aliud
conuenit quies de accidentibus aūt anime dicēduz nō
debere hr̄e supfluitatē patet de coitu ⁊c.¶ Pro scd̄o ꝑn
cipali dicēdū ꝙ si a ꝑncipio huius colerice passiōis me
dio ⁊ fine declinauerit magis ad os stomaci tūc ꝓuoce
tur vomitus.dico ēt ꝙ ex se variāt ypocrate dicente vt
pōit Auic.tractatu.ij.de cura colerice.ꝙ vōitus qn̄qꝫ ꝓ
hibetur vomitu ⁊ fluxus fluxu ⁊ id colligi potest quar-
ta primi de retentione eoruz que euacuātur. Prouocet
ergo leuiter cum sirupo acetoso ⁊ aqua zuccari vel mel
lis ⁊ modico aceti. Nec ad vomendum vtatur ventosis
⁊ valde prosternētibꝰ virtutē appetitiuā. Post eductio
nē matie ꝯueniūt inunctiōes fiēde exteriorū ori stoma

chi. ¶ Itē cibaria leuis digestiōis ꝛ post illa aliqđ ꝯfortatiuū oris stomachi vt coctanū et alia pñt fieri ex prehabitis colligēda. ¶ Si vo declinauerit ad inferiora fiat suppositoriū ex māna et zuccaro ꝛ sale. Apparēte signo digestionis aut fiat clistere eductiuū supfluitatuꝫ de quo dictū est. Vel ordina sic. ℞. blete mercurial'. añ M. j. fiat decoctio in aq̄ post colaturā dissolue cassiefistule zuccari rosa. añ. ℥. j. olei rosa. ℥. iij. salis cōis. ʒ. j. ß. fiat clistere aut cū signis frigoris adde yerepigre. ʒ. ß. deinde post euacuationē cōforta partē inferiorē stomachi et stomachū vt dictū est. ¶ Si vo colerica passio ꝓuenerit ꝓpter colericos hūores adītestina missos aut ad stomachum ꝛ intestina. moderare res naturales et tenta educere materiā vomitu vel solutione vētris modis dictis. Deinde cōueniūt cōfortātia stomachū vt sirupus succoꝝ acetosoꝝ nō valde mordicantiū. ¶ Item sirupꝰ de mēta et alia vide in regīe fluxus colerici. Et si incessanter ꝑseuerat vomitꝰ habe menti ventose magne appositionem sup vmbilicū et liga extrema vt iam tactū fuit. ¶ Et habe mēti ordinē ligationū ꝛ alia remedia iā dicta in regīe vomitus ¶. Et si sit fluxus ventris rege ꝑ dicta de fluxu ventris. Et post adhibe cōfortantia interiora et exteriora. Et si fuerit alter modus egestionis vt aquose vel eruginose tēta istius eductionem Deinde transi ad cōfortationem vt est tactum. Et si videtur debilitari virtus et ventura sincopis prebe vinū aliqualiter dulce stipticum odoriferum commixtum aq̄ citoniorum cui infundatur panis aliqualiter vstus vehementer calidus et potes ponere aliquantulum musci vel cinami. ¶ Item fac contusum ex pullo in cuius ventre steterint mirti et sumac aut partem citonioꝝ vel pirorū vel fac sublimatū ex pullo loto cū vino granatorū aut citoniorū vel simili vel fiant alia ad cōfortandū virtutem vt dicet̄ ī regimine febris sincopalis. ¶ Et transi postea ad cōfortandū cū stipticis trociscis. ꝛ alijs habitis ꝛ tactis ꝑ Rasiz. ix. Almāsoris in cura colerice pas

sionis. Et si appareat spasmus tunc vnguātur iūcture cū cerotis vel oleis lenificātib⁹ et ꝓfūdantib⁹ operationem sicut yeme oleo de spica vel lino albo vel camomillino. Et in estate cū oleo rosa. vel viol. Itē docz Auic. pannū infundere oleis lenificātib⁹ vt oleo de oliuis et sil'ibus. et si l'r oleū amigdalaꝝ dulciū vnguendo spinā et ptes extenuatas. Sil'r vngantur maxille ad supiora trahendo et alia q̄ colligere debes in regie spasmi post farmacū a Mesue de cōsolatione medicinaꝝ. Uide ēt regimē colerice passionis a Ras. nono Almansoris.

¶ De fluxu cretico.



Expedito regie colerice passionis. Determinandū de fluxu vētris cretico. Et breuiter dicendū ꝙ vbi appareat cū cōditionibus boni crisis q̄ tacte sūt pmo Amphorismoꝝ ꝯmēto. xij. ibi. Ea quoꝝ cris fit extra nō est restringēdū. Si v̄o supfluat curetur vt iā dictū est in colerica passione. Prio ex pte nō naturaliū p quas nō trāseo nisi tangēdo ex Auic. ꝙ si cōtingit iste fluxus ī febre valde acuta tūc nec caro cōuenit nec eius aq̄ nec cōtusū aut sublimatū. Ex carne sm ptisana ordei cū succo granatorū aut vino citoniorum vl' sil'i. Aut qꝛ nō est vsus obmittere carnē aut ei⁹ aquā Sumātur cōdita cū frigidis ⁊ stipticis ex succis ⁊ rob q̄ dicta sunt. Aut cōdiant pisces recētes cū succo granatoꝝ aut agreste et seibus vt coriandro sicco sumach aut mirto vel sil'ibus. Et fiant alia ex diuertētibus que habuisti locis uis.

¶ Capitulum de fluxu epatico



Expedito de fluxu cretico ad fluxū epaticū veniendū. Et pmo de oppilatiuo dicendū esset ꝓpter oppilationez epatis cōtingētis. Un̄ regimē eius aliqualit tactū est breuiare ꝓpositiones transeo Si cōtigerit fluxus vētris qꝛ chilosus erit ꝓpter debilitatem attractiue virtu

tis et epatis et meseraicarũ in attrahendo chilum con fortetur epar cũ calefacientibus aromaticis et nõ multitudo vna fint cibi leuis digestionis vt pulline carnes cõdite fint aromatizate cũ cinamo. Conueniret vinum album. Itẽ panis cõiter furfureus magis cõditus cum aniso et simili. ¶ Item ex confectionibus conuenit diacuminum et plures alie confectiones calide. ¶ Item tiriaca antiq̃ vel metridatũ sumptũ cũ subtili vino calido. vel aqua decoctionis cinami vel absinthij. Si tamẽ esset mala cõplexio fria dependens a mafia digeratur et euacuet mafia cũ digestiuo et euacuatiuis ꝓprijs vt videndum loco suo. ¶ Ex fructibus cõueniũt aliqui succi vue passe pingues et auellane sicce depilate recentes aut humidos fructus vitet. Fiat etiam vnctio epati ex oleo de spica vel de mastice. aut cinamomo. ¶ Itẽ etiã cõferunt fricationes extremorũ. ¶ Itẽ ypocũdri dextri ¶ Itẽ diuide cibũ in multas vices. ¶ Si ṽo fluxus epaticus esset lotiuꝰ vt lotura carniũ: tũc si eiꝰ causa fuerit debilitatis confortet epar nõ existẽte mafia calida cũ stipticis vel oleo de spica de quo dictũ est. Aut si apparent signa caloris cũ mirtino vel citoniorum vel sili. et vitetur in isto casu apitiua aut si debilitata esset virtus retentiua ꝓpter caliditatem tm̃ attendatur infrigidantibus declinantibus ad stipticum. Et ita de cibo et potibus. ¶ Si ṽo esset debilitata propter frigus vt dictum est: aut si esset debilitata propter nimias euacuationes attendatur etiam stipticis cum temperie in actiuis. Et similiter si esset debilitata propter nimiam humiditatẽ cũ materia attendatur cuz exiccantibꝰ lenibus interiꝰ vel exteriꝰ assumendo. Et similiter si ꝓpter siccitatẽ attendat correctioni siccitatis. ¶ Si ṽo foret egestio lotiua ꝓpter debilitatem digestiue epatꝫ ad digestiue eius cõfortationẽ attendat. Et qꝛ ẜm plurimuz digestiua per alterantia debilitatur ꝓpter frigiditatez calefactioni attendat et exhibitioni pauci cibi ⁊ potus facilis digestionis. ¶ Si ṽo fluxꝰ epaticꝰ sit colericus

vel egestio colerica attēdatur digestioni cū sirupo endi
uie aut rosa₇ aut simili ex infrigidātib⁹ colericā mate-
riam et remittentibus ei⁹ acuitatē. Deinde euacuetur
cum infusione reubarbari aut agarici aut mirabol.ci-
tri.et cū manna vel cassia vel electuario de succo rof.
Post euacuationē potest epithimari epar epithimati-
bus de quibus dictū est sup regimē acuto₇. Regimen
vo non naturalium re₇ patz ex pluries dictis. Cōfecti
ones cōuenientes sunt diacorall.triasandall.dyarodō
et cōsimiles ɔfectiones. Et fiāt sepius clisteria lauati-
ua et alteratiua vt ex aqua ordei aut zuccaro rubeo et
oleo viol.et postea cū oleo rof.sine sale vl modico. Si
vo flux⁹ epaticus sit egestio virulēta ꝑpter adustionē
sanguinis et humorum. Si sit pctm̄ colere fiat vt dictū
est in regie fluxus colerici nisi ꝙ hic intēsiora fria cō-
petunt ⁊ vnctiones resūptiue fiende spine ⁊ epati post
euacuationes tacte. Itē cōueniūt cōfectiones ⁊ alia di
cta. Si sit egestio virulēta ꝑpter resudationē aposte-
matis vel debellati attendaɫ mūdificātib⁹ et abstergē-
tibus epar. Itē fiant clisteria lauatiua. ¶ Si vo flux⁹
epaticus sit egestio feculenta ꝑueniēs post rupturam
apostematis attendaɫ silr mūdificātib⁹ cuz aq̄ ordei ꝑ
os sumēda vel cū aq̄ zuccari vel mellis. ¶ Itē attendaɫ
cōfortationi epatis cū triasandal.vel diarodō vel silr.
¶ Itē cū cōfectiōe de ꝑlis ⁊ cinamomo. Cibi sint leues
ad digerendū. Cōfert ḡ ptisana ordei.alia taceo. ¶ Si
vo cōtingat ꝑpter vlcera putrida et corrosionē fiat mū
dificatio cū dictis abstersionibus. ¶ Deinde trāseaɫ ad
cōfortationē epatis cum sirupo de sandalis vel sirupo
diarodon. ¶ Itē exteri⁹ post mūdificationē cōfortetur
epar cū oleo rosa.⁊ spodio ⁊ sandal. ¶ Si vo ꝑueniret
egestio feculēta ꝑpter adustionē tūc trāseaɫ ad curam
vt tactū est euacuando digerēdo:⁊ post alterādo et cō-
fortādo epar. Et attendaɫ etiā in isto casu cordi et epi-
thimatibus maxime post euacuationē ꝑpter vehemē-
tem caliditatē vena₇ post epar existentiū siue ante siue

ascendentiū siue descendentiū. Seruet̄ et regimē tactū sic̄ modo in artarijs si foret vehemēs calor a materia colerica dependēs. Si indiguerit flobotomia fiat. Aut euacuet̄ cū aliq̄ farmaciaꝝ dictaꝝ digerēdo vt tactū est Et alteret̄ cor cū epithimatib⁹ fris tactis. ¶ Itē spine fiat vnctio cū oleo ros. et modico aceti. Regimē vo naturaliū rerū cōcipiat̄ ex p̄habitis. Et si occurrat ad hāc causā toti⁹ corpis calor attendat̄ alterationi illius ꝛ phibitioni adustionis et extuationi cū vnctionib⁹ et infrigidationib⁹ tamē cū isto leui stiptico vt oleo ros ꝛc. Et habeat̄ semꝑ menti. ¶ Si vo fluxus epatic⁹ esset egestio melācolica seruent̄ mōi p̄habiti. Si vo fluxus vētris esset spleneticus tūc si assint signa frigoris attende euacuationi materie cū mirabolanis indis. Itē cū agarico. Itē cū epithimo. Et rege infirmū cū cibarijs ꝛ potibus calidis ꝛ subtilib⁹. Itē vngat̄ splen cū oleo de capparib⁹ aut anetino vel simili: clisteria fiant ad mundificandū intestina. ¶ Si vo fuerīt signa caloris ꝛ adustionis cōuenit sirupus de epithimo. ℥. j. sirupi endiuie ℥. ß. sirupi de citonijs. ℥. ß. cum aqua endiuie et zuccaro. Et abbreuio vlteriorē locutionē de fluxib⁹ vt tp̄s habeā regimē alioꝝ accidētiū cōuenienter explicare.

¶ Capitulū de regimine sitis.

Expedito regie fluxus seq̄t̄ regimē supfluitatis sitis in febre. Si ergo cōtigerit propter acuitatē medicine sustineat patiēs siti q̊usq; medicina sit opata tm̄ pōt lauare sibi os cū aqua ordei et gargarizare ꝛ si ex toto infestaret̄ siti hac de cā vt eandē non posset sufferre habeat de eadē aqua ordei vt aq̄ decoctionis prunorū aut in ore teneat muza vt aliqd succi descēdat. Si vo post cōpletā operationē farmaci cōtingat sitis accipiat lauatiuū ex dicta aq̄ ordei. ℥. viij. ad plus cū. ℥. j. zuccari albi aut tm̄ de aqua de zuccaro aut de brobio macri pulli cū modico zuccari albi nec bibat subito multū. Caueat̄ etiā sūme a potu aq̄ qualitercūq; frigide: ne mortificet̄

calor naturalis. dicēte Auic. ꝑ vtroqꝫ. xiij. iij. tracta. de cura siue regie sitis. Et nō bibat sitiens aliqd plurimū subito nec aquā frigidā valde ne caliditatē mortificet quā sitis debilitauit. ¶ Si vo cōtingat sitis ꝑpter nimiā caliditatē ⁊ siccitatē aeris aut pannoꝝ coopturā rectifica aerē vt dictū est. Et si cōtigisset ꝙ est rarissimum ꝑpter frigus cōstipans poros et calidos vapores detinens cōferunt vigilie et fricationes faciendo euaporare fumos calidos. ¶ Si vo contingat sitis ꝑpter humores frigidos et ebullientes et mittentes vapores acutos ori stomachi aut ꝑpter cibū vel potū taliter indigestum cōuenit somn⁹ dicente Amphorismo pticule qrte. lxxxij. Quibuscūqꝫ nocte bibere valde ⁊c. ¶ Si vo cōtingat sitis ꝑpter vehementem caliditatē cordis et pulmonis tunc cōuenit attractio aeris frigidi et odoramenta rerū frigidaꝝ. ¶ Itē cōfert collutio oris cū aqua ordei et modicissimo aceti. Vel sumpto sirupo acetoso cū aqua zuccari aut sumpto iulep violato. cū aqua frigida nō tamē vehemēter: anhelatio tamē sup rē frigidam vt aquam simplicē vel ros. confert valde. ¶ Si vo proueniat ꝑpter vehementē caliditatē capitis ī febre eleuatis fumis calidis ad caput tūc nō impediēte alio vt debilitate virtutis vel catarro vngātur timpora cū oleo ros. vl' viol'. vel nenufari. Vel. ℞. aque ros. ℥. v. aceti. ℥. j. cōcutiendo misce et cape pannū lineum et infunde de hijs liquidis et timporib⁹ appone ⁊ fronti vel potes capere olei ros. vel viol'. ℥. j. aq ros. ℥. iij. aque viol'. ace. ana. ℥. j. infunde pannū vt dictum est. Item fac odorare aquā ros. cū modico aceti aut viol'. aut nenufar. cum modico aceti. ¶ Item vnge circa medium gutturis cū oleo viol'. ¶ Item teneat in ore sacculum ad quātitatē sexquialterā ad qternariū ex mucillagibus citonioꝝ vl' piroꝝ vel pomoꝝ aut candiū infusū aque frigide aut teneat os plenū aq frigida vel ordei vel decoctionis prunorū vel teneat nucleos prunoꝝ infusos aque frigide ī ore. tamē docet Auic. cōficere medicamen ex mucilla-

ginib⁹citonioꝝ ꝛ oleo rosaꝝ qd̄ non est ī vsu. Similiter cōuenit masticare pulpam cucumeris vel cucurbite vl' angurie vl' lactuce nigre ſm Auicēnā. Cōmune tn̄ est cape pulpā angurie et eam infundere aque frigide et eam masticare. Similiter potest fieri de melone modo excorticato aut de pepone. ¶ Potest etiam capi vt superius tactum fuit portio piri rotonda et subtilis tante quantitatis vt in ore teneri possit et infunde aque frigide donec calefiat. Deinde capiatur alia portio donec remittatur sitis. ¶ Item vt est tactum frequens collutio vt aque ordei confert et similiter gargarizatio cū aqua decoctionis prunorum aut decoctionis tamarindorum licz quidam reprobent tamarindos vt acetositate stupefactiuos dentium. infundatur igitur in aqua zuccarata vel coquatur in aqua que post decoctionem et colaturam aliqualiter zuccaretur. ¶ Item conuenit infusio vini granatorum muzorum vel acetosorum in aq̄ zuccari aut aqua simplici aut dulcium. Si ῡo foret vehementis caliditatis vestigium dum ergo exhibentur dulcia sit eorū parua quantitas ꝛ aqua multa. ¶ Si ῡo sitis ꝯtigeret ꝓpt malā ꝯplexionē siccā ꝛ calidā tūc cōueniūt p̄dicta vide tn̄ si ī stōacho essent hūores nō exhibeat aq̄ frigida aut stiptica oppilās ꝛ ingrossās hanc materiā sꝫ aq̄ ordei cū modico zuccari: lauabit ei inde materiā. ¶ Si ēt sit stomach⁹ calid⁹ ꝛ sicc⁹ et in ei⁹ viscositatib⁹ et interiorib⁹ ꝛ vn̄s siue riuis sit colerica materia aut colerici vapores aq̄ frigida cōstipādo poros exteriores pluries erit causa maioris ībibitionis lꝫ ingrosset colerā subtilē. In isto g̊ casu dicta aq̄ ordei ēt conueniret vt aq̄ zuccari dicta. ¶ Si ῡo esset in stomacho humor viscosus putridus et ita causans sitim conueniret aq̄ ordei cū modico aceti vt ꝓuocetur vomitus aut saltē restringatur viscositas materie. ¶ Si ῡo esset causa sitꝭ humor melācolic⁹ adust⁹ p̄dicta aq̄ ꝯueniret aut aqua viol'. calida aut simile. Si ῡo in febre nimia violentia sitis sit ꝛ oporteat potari ꝯuenit aqua ordei

aut materia existente acuta colica conuenit quidã potus dictus. vt. ℞. aque zuccari. ℥. iiij. succi arãcij. ℥. ß. misce ⁊ da in potu. ¶ Itez cõueniret. ℥. ß. sirupi de citonijs vbi etiam cordi attendere volueris cum. ℥. ß. sirupi de citro conueniret iulep violatum. ¶ Si vero esset causa sitis laxitas stomaci cõueniret iulep ros. ¶ In febrib⁹ non ita ardentibus debet miscere frigida fm qualitatem materierum. Illa tamen que dantur in potu ad extinguendũ sitim sunt omnia tacta. ⁊ ad alterandũ calorem vt iulep viola. vel infusio zucchari rosati. Item iulep nenufarinum aut lactuce vel endiuie vel similis vt angurie vl' citrulli vel semp̄uiue. aut sirupi acetosi simplicis vel cum succis p̄habitis. Regia tamen malarum complexionũ stomaci causatarum vide. xiij. ij.

¶ Capitulum de profuuditate somni.



Expedito regie sitis seq̄tur regimẽ p̄fũditatꝫ sõni. Si igit̃ ↄtigat vaporib⁹ eleuatꝫ a stomaco ⁊ mẽbris iferiorib⁹ aut materijs venaꝝ aut arteriaꝝ eoꝝ siue sint in p̄ncipio paxismi siue exacerbationis aut alio tp̄e eductꝫ supioribus cũ suppositorio vel clisteri attẽdat̃ diuersiõib⁹ p̄rio ex p̄te fabulaꝝ aut nouorũ accidentalium valde extraneorũ inducentium gaudium aut irã ita q̄ cogat̃ infirmus loqui. Item ligentur coxe si non sit prohibẽs ex parte apostematis vel alterius. Item fiant fricationes fortes ⁊ dolorose cum pannis asperis. Item si non habuisset beneficiũ ventris tempore quietis febris vel tp̄e afflictionis supponat̃ collirium subtile vel acutũ vt factũ ex melle vel ampliori sale q̄ sit in vsu cõi aut salgemma aut factum cum puluere yere ⁊ melle ⁊ salgemma vel modico colloquintide aut ponatur granum vnum scamonee ⁊ intelligatur subtile actiue quia in profundum penetrans vl' pungens aut subtile vt sonat littera et oblongum vt melius actiuetur. Deinde fiant dicte diuersiões ⁊ apponant̃ ventose circa nates. Pri-

mo sine scarificatione. Postea ponantur super pulpas spatularum. ¶ Item essetur panis & super ipsum infundatur acetum forte & odoretur. ¶ Item presuppositis euacuatiõib⁹ & diuersionib⁹ fiat sternutatio cũ puluere ellebori albi vł impositiõe piperꝫ vł sał vel siłium. Puto tñ meli⁹ fore vt pmittat sternutatio. Et diuersionib⁹ vẽtositationib⁹ ligationibus et fortibus fricationibus et clisteri & collirio & odoramẽto dicto potissime attendatur ad istud regimẽ profunditatꝫ somni maxime contingentis in principio paroxismi siue periodorum & ex euaporationibus materierum quas etiam si constet esse in stomaco prouocetur vomitus predictus. pro lixius vero regimen subeth & profunditatis somni vide prima. iij. tractatu quarto de cura subeth. & nono Almansoris & in pluribus alijs locis.

¶ Capitulum de dolore vel grauitate capitis.

Sequitur regimẽ doloris capitis pueniẽtis ex euaporatione materierum in fe. pro quo sic puto procedẽdũ. Primo in q̊cunqꝫ tpe sit febris licꝫ regulariter melius eẽt facere ĩ quiete aut in minori afflictiõe ꝯtinue fiat clistere acutũ vł suppositorium vt est tactum aut si apparet aggrauatio in stomaco vel repletio post eductionem fecum prouocetur vomit⁹. Scdo fiant fricationes extremorũ aut ligatio fortis. Tertio fiat appositio vẽtosaꝝ vt ẽ tactũ. Quarto fiat capiti sacculus iste. ℞. florum camomille. M. j. rosarum rubearum melliloti florum sticados. ana. M. ß. macis. ʒ. j. conterantur omnia subtilissime. & fiat sacculus. Item fiat decoctio florum camomille cum quarta parte violarum. & ex hac decoctione fomentet frons & timpora. Si ṽo affuerint signa vehementis caliditatis sacculetur caput cum solis rosis. Item odoret acetum mixtum aque roß. Uitet etiã vt Auic. tangit emulsionem lactis super caput aut effusionẽ alicuius olei.

¶ Capitulum de inquietudine febris & impotentie dormiendi.


Egimen inquietudinis febriū ⁊ ipotentia dormiendi maxie ꝓpter caliditatez nimiā, p q̄ sit ꝓcedendū. Nā p̄mo extremis infrigidātia applicāda sūt. Scđo odores ifrigidātiū sūt applicādi. ¶ Tertio vnctiones exhibēde sūt. ¶ Quarto p os somniferum exhibendum. ¶ Quinto distractiones siue motiones spirituū. ¶ Sexto ad euacuandum transeamus si sit materia peccans. ¶ Ad primū fiat ista cōis embrocatio. ℞. violarū. M. j. papaueris ⁊ corticū papaueris florum camomille. ana. M. ß. cum ista decoctione embrocent̄ pedes ⁊ brachia. ⁊ leniter cū manibus aspergantur timpora. Potes ēt facere forti⁹. Ex p̄dict⁹ tamē elige fortiora ex Mes in suo de appropriatis ⁊ in suo regimine vigilie. ¶ Ad scđm cōpetit odor aque violate nenufaris mandragore. Item decoctio papaueris. Itē pōt capi aquaꝝ nenufaꝝ. ℥. j. ⁊ infunde illi granū. j. opij vbi alia non conferrent. Uita tamē opium inquantū potes. ¶ Ad tertiū vngere possumus timpora cuz oleo violato aut nenufar aut papauere ⁊ populeon ⁊ vltimate ex narcoticis fortibus: caue tamen vnctiones timporuz cum repletione capitis vel frigiditate. ¶ Item potes facere hoc leue. ℞. emulsionis siue lactis: papaueris: olei violati. ana. ℥. vj. concute inuicem ⁊ vnge timpora. ¶ Ad quartum non existente prohibente ex parte capitis vel alterius quando infirmus dormiturus est distanter a cibo per quattuor horas si fieri potest: detur. ℥. j. ß. sirupi de papauere aut violato aut nenufarino aut leuioris vsualis tamen est sirup⁹ de papauere. Item vsuale est emulsio papaueris albi commisceatur cibo suo. ¶ Et quintum completur per ligationes aliqualiter fortes que citissime dissoluantur precepto infirmo vt oculos claudat et preparet se ad dormiendum. ¶ Itez distillationes aque ab alto ac si pluat conueniunt. ¶ Sextum completur si materia sit colerica peccans aut etiam salsa aut m̄lica ad

usta euacuetur ,pprijs euacuatiuis q̄ suis locis narran tur: ⁊ ꝑquiratur regimē ꝑticularius vigiliaꝝ vide pria iij.tracta.iiij .i suo de appropriatis ⁊ nono Almāsoris.

¶ Capitulum de dolore ventris.



Egimen doloris vētris siue stomaci potissimū i febre cōtingēte vt tāgit Auic. ex effusione colere ad stomacū qd̄ diuidendū ē in regimē preseruatiuū magis ⁊ sedatiuū actualis caloris. Perficitur primū euacuādo colerā vomitu aut linitione cōi euacuetur ꝑ ventrē cū ,pprijs euacuatiōib⁹ q̄ tāgent̄ ēt in curꝫ febriū colericaꝝ: postea dādū in potu ante aduētum ꝑxismi vel exacerbationis pā nē lotū deinde asperso vino granatoruꝫ vt sirupo de agresta vel succo granatorum aut oxizacra vel simili. ¶ Aliud ꝯfortatiuū stomaci ⁊ ,phibitiuū colere ad stomacū. Itē cōueniret post euacuationē febris inquiete aut minori afflictione ꝯtinue epithimatio ep̄is cū ꝑtactꝫ de regimine acutorū ⁊ dicendum in curis colericarum ¶ Itē stomaco pōt fieri vnctio tp̄e dicto ex oleo rosarū vel citonioꝝ. ¶ Itē regimē cibi ⁊ potus sit declinās ad frigidū ⁊ aliq̄liter ad acetosū. vn̄ corrigant̄ carnes cuꝫ egresta vel succo arancij vel similiū vn̄ cōuenit gelatina ⁊ similia. ¶ Regimē ꝟo sedatiuū actualiter doloris fit per diuertentia vt fricationes ⁊ alia tacta. ¶ Item per oppositionem ventose magne suꝑ vmbilicum vel propinquius infra tamen locum dolentem. premisso tamen vomitu si fieri poterit deinde detur si vehementissime sitierit sirup⁹ agreste aut limonis vel succi granatorum vel similium. ¶ Si vero contingat dolor ex ventositate fiant fricationes trahendo inferius. Item ponantur ventose super vmbilicuꝫ. ¶ Item fiat ista decoctio. ℞. anisi camomille rute semen semi. eius. ana. manipuluꝫ semis decoquantur in aqua cui infundatur pannus ⁊ supponatur stomacho. Aut cape oleum de

spica et de camomilla ꝛ de aneto cū puluere ameos et vnge stomachū ¶ Uel fac sacculū ex camomilla sola vł alijs notis ad carminādū ventositatē. Tuti⁹ tamē est cū diuertentib⁹ ꝓcedere et leuib⁹ localib⁹ ꝛ ꝑmo euacuare. deinde trāsire ad fortiora si sit expediēs. Si aūt cōtigisset dolor ꝓpter aquā frigidā aut ꝓpter alteri⁹ rei faciēde vsuȝ ad calefaciētia transi. Et breuiter regimē doloris stomachi gn̄alius ꝛ cōius collige. xiij. iij. ita breuiter processi insequens ordinē Auic.

¶ De asperitate lingue



Equitur regimē asperitatis lingue q̄ si fuerit cū limositate grossa viscosa. ℞. aq̄ ordei zuccharate calide. ℥. iiij. oximellis simplicis. ℥. ß. et misce ꝛ collue os bene et linguā. Postea cape pannū lineū mūduȝ et cū digito inuoluto p̄dicto pāno absterge ip̄am bene aut cape pennā bene subtiliatā et curuatam et cū illa abrade linguā. aut idē fac cū spōgia. Aut fiat instrumētuȝ ex ferro vel argēto huius figure ꝙ radici lingue imponaꝶ ad debite mūdificandum. ¶ Post mūdificationem autē teneaꝶ in ore lȝ nō sit vsuale sup lingua māna infusa in infusione seium cōmunium aut eoꝝ decoctiōi aut liniaꝶ lingua cū penidijs infusis aq̄ roꝭ. aut candi infusi in aqua frigida cōi aut se ie citoniorum. Sed ista nō sunt vsualia. Aut teneat in ore enucleos prunorū. aut iuiubas siccas post mollificatas in aqua tepida zuccarata Deinde infusas ī aqua frigida Aut capiaꝶ zuccarū tabarȝet et infundaꝶ aq̄. deinde teneaꝶ sup lingua. Aut sumaꝶ succus liq̄ritie et infunda tur iulep rosa. aut viol. et cū isto liniaꝶ lingua aut sumatur iulep viol. ℥. j. amili. ʒ. j. ß. misce et line linguam. Aut sumaꝶ succ⁹ granati dulcis et ponatur sup lingua vel prunū valde maturū. ¶ Itē vt tangit Auic. nō teneat puluinaria siue ceruicalia. Uel resupineꝶ vel iaceat sup collū. Itē pōt inūgi collū aut ptes medie īter colluȝ ꝛ gutꝶ ex oleo violaꝝ. Itē Auic. anhelet sup aquā viol.

¶Capitulum de sternutatione.



Egimē sternutationis ꝓ quo dicēdū ex mēte Auic. ipsi sternutationi merito esse adhibendū. Ledit enī attrahendo materias: ledit etiā motione debilitando vi tutē sic ꝙ ꝓ eius remotione ꝓcedendū. ¶Primo vt fiant diuersiones cū fricationibus et aliis. ¶Itē fricationes fortes colli. Itē scalpatur pars posterior capitis siue inferi⁹ pectinetur trahēdo. Item cōtingēti sternutatione et frigiditate calefiat pānus ⁊ apponat̄ capiti. Deinde fricetur caput versus collū: cauēdo tn̄ ꝙ ī cerebro non sit repletio. Nam tūc nō est valde tutū. Item fiat vt Auicenna tangit fricatio fortis colli ⁊ nasi. Per has enim fricationes vētositates parātur ad exitū. Item fricētur eorꝝ palata. Itez capita eorꝝ extēdātur et cōuertāt̄. Premātur etiā in ore extrema. Hec enī oīa diuertūt materias ¶Item presuppositꝫ euacuationib⁹ cōuenit effusio olei calidi actu et potētia in ꝑmo gradu vt camomille. Aut sacculus fact⁹ ex florib⁹ camomille apposit⁹ naribus. Aut spongia infusa in decoctione eius. Itē pānus calidus appositus collo et capiti. Itē humectatio lacertorū maxillaꝝ ⁊ mandibule cū dicto oleo: facit enī ad resolutionē dictaꝝ ventositatū et ad ꝓhibendū cōtractionem. Itē cōuenit resupinatio suꝑ puluinari calido propter causam assignatā. Itē nō dormiāt multū ne eoruꝫ capita multū repleātur vētositatib⁹: aut aliis irritantibus ad sternutationē. ¶Itē nō subito excitet̄ a sōno ne ꝓpter agitationē fiat cōmotio sternutationis. Et vitēt puluerem cuiuscūqꝫ rei valde acute in odore incitante sternutationē. Itē cōuenit odoratus oleoꝝ frigidoruꝫ confortantia caput ne recipiat ⁊c. vt olei roſ. et olei de salicibus. Valēt etiā ista olea ad remittendū acuitatē vapoꝝ ad ventositatē irritantiū et sternutandū. Item retentio sternutationis. Sit autē ordo medicaminum

iste siue existente febre siue non tentet non sternutare inquantū potest. Deinde naribus applicentur infrigidantia tacta. Postea fiant alia remedia q̄ tacta sunt.

¶ Regimen doloris capitis.



Equitur regimē doloris capitis q̄ lz multis ex causis proueniat vt experiētia notat. vt sumit̄ p̄ma. iij. et nono Almansoꝝ et in alijs pluribus locis. quantū tn̄ ad ꝓpositū spectat doloris capitis regimē ꝓuenientis ex mala cōplexione ꝓcedente a vaporationibus ascendentibus ad caput aut humoribus nunc est explicandum in quo auctores more modos est tripliciter procedendum. Nā primo est diuertēda materia. Scd̄o est diuertendū a capite ne recipiat et alterandū malā cōplexionē calidā. Tertio siq̄ mat̄ia fluxit humoralis aut vētosa vel vaporosa educēda sensibiliter vel insensibiliter. ¶ Cōplet̄ aūt p̄mū Primo ꝑ suppositoria aut clisteria educendū feces ⁊ exonerādū virtutē. Itē si cōstiterit materiā humoralē vel cibalē eē in stomacho post eductionē factā ꝓuocet̄ vomit⁹ ¶ Itē tertio apponant̄ ventose sup pulpas natuꝫ vel circa natum initia. Et nō restiterit febris et timeant valde ventose partes: et notetur repletio sanguinis scarificetur postea applicentur pulpis spatularum. Aut etiam ī muliere applicentur inter costas: aut etiā non resistente febre fiat flobotomia de basilica aut nigra vbi intendas plus diuertere. aut si citius et immediatius de cephalica eiusdem partis aut diuerse f̄m corporis repletionē. ¶ Item existente febre cōueniunt ligationes fortes extremorum ad inferiora trahentes. De quibus dictum est. ¶ Secūdum autē cōpletur apponendo fronti aliqđ epithima vt predictum est. cuius descriptio. ℞. aque rosaꝝ. ℥. iiij. aceti ℥. j. misce et inuicē concute et pannum infunde dicte aque et applica extensum fronti. aut cape olei roſ. ℥. j. aceti. ℥. ß. aque roſ. ℥. iij. fac vt dictuꝫ est et per te alia frigida ex dictis collige. Sis tamen attē

tus ne ista valde repleto capite facias. ¶ Item conue-niunt odoramenta ex robub frigidis. ¶ Usuale tamen odoramentum ex aqua rosꝫ. ⁊ aceto factum. ¶ Tertium cōplet fomentatio facta ex linitiuis et leuiter resoluentibus decoctio camomille vel mellilotivel sticados aliquando tamen istis linitiuis leniter resoluentibus cōmiscentur aliqualiter infrigidantia et leuiter inducentia somnū vt corticum papaueris aut papauer. ¶ Aliquando etiā cōmiscentur frigida et confortantia sicut rose et flores camomille et similia. ¶ Item ad refrigerationem et cōplendam intentionē quartā fomētationes ex lacte mulieris virtute existente debiliori et ex lacte caprino virtute existente fortiori. Ex mente tamen Auic. vitentur modi lactis et vnctiones capitis existēte pleno et catarroso distinctū aūt et extensum regimē de dolore capitis. vide ꝑma. iij. ⁊ nono Almanso. ⁊ maxime ca. ꝑmo vbi posui simplicia ⁊ cōposita valētia in doloribus capitis.

¶ Regimen tussis sequitur.



Egimen tussis seqtur ꝫm Auic. ex caliditate ⁊ siccitate vehementi in febre cuius regimē erit per infrigidantia ⁊ humectātia cōpletur. Primo autē teneanꝫ i ore frustra liquiritie munda infusa in aqua zuccarata. Itē pruna bene matura infusa in eadē aqua. Silr nuclei eorū. ¶ Itē granata dulcia bene matura. ¶ Item iuiube bene mature. Item teneat in ore vuam passam mundatam ab appendicijs et arilibus infusam primo aqua tepida. Conueniunt tamen pillule bichechie que teneantur in ore quarum descriptio nono Almansoris est ista. ℞. succi liquiritie zuccari albi ana. dragmas. x. amili draganti amigdalarū dulciū excorticataꝝ ana. ʒ. v. ex hijs cū mucillaginibꝰ seminū citonioꝝ ⁊ aspis formenꝫ pillule leniter presse vt sub lingua leniter teneri possunt.

¶ Itē valet in isto casu iulep viola. Item syrupus viol. Itē syrup⁹ de papauere quē tangit Mes. in suo antidotario. Itē tāgit de appropriat; i regimie tussis. Cuius descriptio: sirup⁹ de papauere ex inuētione nostra confert catarro ⁊ tussi cum caliditate ⁊ asperitate: cuius descriptio. ℞. papaueris albi. ℥. iij. ⁊ nigri. ʒ. x. semis malue. ʒ. v. gūmi ara. dragāti. se. citrullo se. citoñ. añ. ʒ. v. liquiricie. ʒ. v. psiliȷ. ʒ. vj. cotunde omnia preter psilium ⁊ pone sub ea libras sex aq̄ ⁊ dimitte die ac nocte ⁊ fac sublimare quousq̧ redcat ad libras tres ⁊ pone lib. j. ß. penidior. et pone oīa ad vas ⁊ pone lib. j. ß. zuccari ⁊ coq̄ lēto igne donec mell' habeant spissitudiez. ¶ Item ad idē coueniret dyapapauer: cui⁹ descriptio ⁊ littera est Dyapapauer cui⁹ iuuamētum est sublime ad tussim catarralē cū caliditate ⁊ asperitate: ⁊ sitim ⁊ rancedinē vocis ⁊ pleuresim. ℞. papaueris albi penidiorum añ. ʒ. v. succi liquiricie gummi arabici draganti. ana. ʒ. x. amigdalarum dulciuz. ʒ. viij. amili seminis citoniorū portulace. ʒ. v. seminis cucurbite citrulli melonis lactuce ⁊ malue. ana. ʒ. iij. confice cum sirupo violato. dosis ē a. ʒ. j. vsq̧ ad. ℥. ß. cum aqua ordei ⁊ decoctione iuiubarum ⁊ sebesten. Et si habet vigilias cum eo q̄ mulgetur ex semine papaueris cum cortice suo dosis ēt sirupi de papauere dicti fit. ℥. j. cum aqua zuccarata vel ordei vel decoctionis iuiubarum. ¶ Item conueniunt vnctiones exteriorum. vnde existente caliditate vehementi ⁊ siccitate vngatur pectus ⁊ guttur hac vnctione. ℞. olei violati. ℥. j. ß. vl. ℥. ij. cere albe modicū ⁊ fiat vnguentū molle. Ex quo etiam potest vngi spina vel si intendis plus resumere. ℞. olei violati. ℥. ij. pinguedinis galline recētis non salite. ℥. j. lauentur in aqua violata. ⁊ cum modico cere albe fiat vnguentum. ¶ Item possumus vti electuario de cucurbita vel aliȷs speciebus infrigidantibus et humectantibus que etiam dicentur in cura ethicarum: domesticum tamen est oleum violarum. ¶ Itez fomentare possumus pectus siue epithimare ex

decoctione violarum aut lactuce vel similium domesti-
carum infrigidantium ⁊ hunectantium. Item est regen
dus infirmus per potuz aque ordei aut decoctionis iu
iubarum vel liquiricie.

¶ Cap. de destructione appetitus.



Equitur regimē destructionis appetit⁹
quod in multa diuidendū est ſm diuisio-
nes causarum facientium. Diuiditur er
go scdm ꝙ est destructio appetitus p es-
sentiam ⁊ colligantiā. Si igit̃ sit cā de-
structionis appetitus fluxus catarri ad
stomacū regat̃ p̄rio. ca. de regimine catarri. Post attē
dat̃ stomacho modis dictis in regie vomitus cerebral'
vel de fluxu cerebrali. Sil'r si sit ꝓpter destructionez et
debilitatē virtutis appetitiue sensibilē stomachi ex de-
fectu neruoꝝ deferentiū sensū stomacho et ita cōicate
cerebri attendat̃ confortationi cerebri cum sacculis et
aliȷs p̄dictis. Deinde attendatur fricationi oris stoma
chi cuz oleo de spica. ¶ Itē adhibeantur excitantia ap
petitum et suscitantia sensum vt cappari conditi et oli
ue condite. ¶ Item ex confectionibus cinamomum cō-
ditum. ¶ Item conueniunt tyriaca antiqua et metrida-
tum et diamuscum dulce. ¶ Si vo fuerit propter debi-
litatem epatis et membrorum in sugendo chilum et
sanguinem: et si fuerit spissitudo cutis fiat primo mū-
dificatio communis. Et si sit repletio fiat euacuatio p
portionata vt per flobotomiam vel alio modo. Deinde
attendatur rectificationi et destructioni cutis cum fri-
cationibus cum pannis siccis vel infusis decoctioni
melliloti aut similium. ¶ Item prouocetur sudor facta
decoctione calamenti aut origani et tentis cruribus ī
dicta decoctione calida ⁊ cooperto panno circumcirca
¶ Item conueniunt in isto aperitiua vt potus vini al-
bi subtilis et cibus facilis digestionis ⁊ panis infusus
brodio pulli et pullus contusus more solito et brodium

citerum rubeoꝝ. Si vero epar fuerit causa destructōnis appetitus mittēdo colericū humorē fiat vt dictuȝ est in regimine vomitus colerici et fluxus. Si vero emittat epar materiam flegmaticaȝ: mūdificet pmo epar et corrigatur complexio sua in euacuādo humorē colericum couēit infusio mirabolanoꝝ citrinoꝝ aut reubarbaꝝ vel pillule de aloe solum licȝ cōmendat Auic. in isto casu. xiij. iij. sirupum acetosum cum aloe quod tamen non est vsuale propter displicibilitatem aloes. Et similiter educatur flegma cum infusione agarici aut kebul'. In quolibet tamen istorum casuum si in stomacho fuerint materie tentetur earum eductio vomitu aut solutione ventris dicta. ¶ Si vero epar emittat stomacho melancoliam destruentem appetitum mūdificetur epar cum infusione mirabolanorum indorum et cum epithimo vel agarico. ¶ Si vero epar emiserit sanguinē multum venis stomachi et destruxerit valde appetitum. ¶ Aut si epar sanguinem valde repletum et non attrahatur a stomacho et intestinis tunc flobotometur basilica post mundificationem cōmunem ꝯm quantitatem ex signis comprehensam fiendam esse. Et regatur infirmus per cibaria modicum nutrientia vt ex oleribus frigidis et cibarijs acetosis. ¶ Si vero contingat destructio appetitus propter colligantiaȝ splenis quia splen transmittat melancoliam excitantem appetitum tunc attendatur presupposita communi euacuatione aut minoratione propria si extiterit multa repletio et oppilatio viaꝝ cum appropriatis spleni. Unde poterit fieri iste sirupus. ℞. corticum radicuȝ capparum scolopendrie ana. M. ß. siue ana. ℥. ß. corticū tamarasci. ʒ. iij. seminis portulace. ʒ. ij. fiat decoctio in lib. ij. aque ad consumptionem medietatis et prope finem decoctionis. ℞. epithimi. ʒ. iij. et iterum leniter coque. Deinde cola et infunde colature. ℥. j. ß. aceti et cum zuccharo sirupiza et capiat sirupum istum in vicibus quinqȝ. ¶ Deinde euacuetur cum pillulis indis, aut cum infusione mirabolano-

